



St. Rom

Arck. B. 16

unser

[Gründung, v. H.]

K

P. III. 35.

MEDITATIONUM  
A D  
**INSTRUMENTUM**  
**P A C I S**  
**CÆSAREO - SUECICUM**  
**SPECIMEN SEXTUM.**  
A. MDCCIX.

MEDITATIONUM  
INSTRUMENTUM  
PACIS  
CESARIO-SIRECUM  
SPECIMEN SECTUM  
A. MDCCXV

MEDITATIONUM  
AD  
**INSTRUMENTUM PACIS  
CÆSAREO-SUECICUM,**

Specimen Sextum.

**M**E quoque juvat, velut ipse in parte laboris tædique Tractatum fuerim, ad finem scabri adeo atque difficilis negotii de gravaminibus Religionis pervenisse. Nunc reliqua eo majori facilitate exequi licet, quanto meliori fide conventa & præstita sunt. Est enim hæc humanæ naturæ conditio, ut ex quo superstitione semel imbuti sumus, inter officia pietatis numeremus, si alios religionis causam, cum opus est, promissis ambiguis & pactis dubiis fallere possumus; quo pacto cum Protestantibus superiori articulo omnibus fere capitibus actum fuisse docuit exemplo multiplex fraus, qua pacis executionem maligna & subdola interpretatione ludificati sunt. Sic vaticinum Volmari, Ministrorum Cæfarei, ad pacis Tractatus Ablegati, egregie probavit exitus, qui amico de jæatura, quam Religionem Catholicam hac transactione facere oportuit, dolenti, respondisse fertur: non esse, cur animo valde angeretur: nam plerasq; pacis leges sic esse scriptas, ut Catholicis nunquam defutura sit occasio excusandi se a præfatione, eo modo, quo Protestantes pactum fuisse forte nunc sibi persuasum habeant. neq; ex hac mala fide Catholicis periculum creatum iri, cum pace semel conclusa, & deducto utrinque milite, bellum non ita facile renovetur, quam nondum extinctum continuetur, Coronis præsertim exteris optimis adeo spoliis ditatis, de quibus denuo aleam jacere pericolosum fuerit. Status vero Protestantes, quos belli tedium jamdiu cepisset, postquam dulcedine pacis capti sunt, posse nullo negotio, spe permulceri, proximis Comitiis

A

satis

satisfactum iri desideris suis: atque hac arte, cum primi motus paup-  
latim deferbuissent, mox ipsis in Comitiis difficultates alias super alias  
nascituras, qua rem ad Comitia proroganda iterum remittant, donec  
mortuis plerisque, qui actioni pacis interfuerent, & mentem pacientium  
recte cognitam habuere, cum posteris speciosiore calumniandi pacem  
compendio agi possit. Et tractata sane fuere his secretis consiliis nego-  
tia religionis in hanc usque diem, destinatis Catholicorum magis ma-  
gisque se aperientibus, cuius rei eximum specimen dedere nupera pace  
Ryswicensi, dum vernili subornatione Claustulam illam, qua haec tenus  
tot sermonum & querelarum materiem praebuit, summo Pacis Westpha-  
licae praejudicio, & manifesta Protestantium injuria atque ludibrio pro-  
poni, atque intentato a Gallis metu, evinci curavere. De reliquis indi-  
gnis longum esset confidere Catalogum. Sed sicut pro exemplo, qua in  
superioribus jam dicta fuere, quando nos tadio quæstionum in irritum  
cadentium, merito nobis gratulamus, quod defunctis tandem molestia  
tam fastidiosi incepti, jam veluti ex carcere in liberiorem aërem, cam-  
pumque latiorem liceat excurrere, atque post tot exantatos in hoc sta-  
bulo purgando labores spiritum & vires resicere.

## ARTICULUS VI.

**M**irum videri poterat, quæ factum, ut  
hic articulus de libertate Helvetio-  
rum hoc loco poneretur, habiturus  
commodiorem locum infra post res  
Germanorum compositas. Sed, nisi  
fallor, praebuit ansam connexionis ma-  
teria de Camera Imperiali, ejusque ju-  
risdictione, in fine superioris articuli  
tractata, quæ Basileenses aliquando ve-  
xati sunt, & nunc caprata temporis op-  
portunitate hac molestia liberari cupie-  
bant, Suecorum Gallorumque interces-  
sionibus arque officiis adjuti, quibus  
non fatis erat, Imperium amplissimis  
juribus & distinctionibus in proprium com-  
pendium spoliaisse, nisi illos etiam ~~tre-~~

rentur & manumitterent quasi, quos  
inconsulitus libertatis amor ad pileum  
vocare ceperat. qua occasione univer-  
sa simul Helvetia desit in ditione Im-  
periū esse, sive Iuris facta est; mani-  
festo quidem Gallorum commodo, ut  
sibi gentem arcuus devincirent, mox  
cum opportunum erit subjugandam.  
An & Helveriorum bono? magis forte  
dubites. Est sane speciosum libertatis  
nomen, sed qui soli non sufficiunt sibi  
ad illam contra finitimos potentiores  
tuendam, non sane habent, cur Clientela  
Imperiū fastidian, ubi non minore  
libertate, sed majori securitate vivitur,  
quando omnes periclitantis partis de-  
fensio

fensionem communi nomine suscipiunt, hand quamquam ita prompti in auxilium aliorum, quorum salutem ratio quidem status aliqua commendat, sed ad quam curandam proprius foven- damque nullo vinculo aut nexu societatis adstringimur: Nec iura amicitiae aut vicinitatis eo semper valent, ut aliorum pericula facile nostra faciamus; praesertim cum experientia hactenus docuerit, Helvetios etiam rebus nostris dubiis, & quoties discrimina Imperium versavere, sine parum motos, neque anquam ita se gefuisse, ac si intelligerent, mala nostra ad suam etiam Rem publicam pertinere. ut hercule mirum non fuerit, si Germani vicissim casu sic ferente Helvetios etiam cum angustiis suis aliquamdiu collectari patiamur, quos jam, nimum quam par est, inter sacrum & saxum constitutos Gallus aliquando certo premet, ut rationem exigit tot stipendiorum & fusi sanguinis a

Rege caro emti totius Europe malo-  
Sane hucusque Helvetiis res non male  
cessit, de libertate sibi apprimè gratu-  
lantibus. Sed quid futuro tempore ex-  
pectandum habeant, præcipue cum  
Galli ad arbitrium rerum plenis gressi-  
bus, uti cepere, sic ire pergant poste-  
rior ipsos attas docebit, tristi forsitan  
exitio fine. Nam misericordia etiam  
in parte foliata est, si eos una perirevi-  
deant, à quibus cum de summa rerum  
decerneretur, in communis periculo de-  
relicti fuere; fatali ignavia, an creduliti-  
tate stultiore, cum cantibus sirenum  
deliniti, aut fulgidi auri splendore per-  
strieti, nec oculis sibi nec animis sati-  
constabant, quoties obversante utrius-  
que permittebat, sed ab altero paulo adhuc  
remotiore, de eo saltem deliberare vi-  
dentur; non uti se mutuis opibus &  
auxiliis à peste liberent, sed quis eorum  
ultimus sit devorandus.

VI.

Cum item Cæsarea Majestas ad querelas, (a) nomine Civi-  
tatis Basileensis & universæ Helvetiæ coram ipsius Plenipo-  
tentiaris ad præsentes congressus deputatis, propositas super  
Quærele Helveto-  
rum.

(a) Cum item Casarea Majestas ad querelas, nomine Civitatis Basileensis & universæ Helverie) Libellum memorialem, quo istæ querelæ propositæ fauere exhibent Acta Lunderpii Tom. VI, lib. 3.

cap. 69. &c. ubi Senatus Consultum Situum ad Plenipotentiariorum Cæsariorum Relationem factum legitur, mirante non sine causa Cæsarino Fürstenerio, qui factum sit, ut Helvetiis plus

nonnullis processibus & mandatis executivis, (b) à Camera Imperiali contra dictam Civitatem, aliosque Helvetiorum unitos

Can-

Westphalica pace sineulla necessitate fuerit datum, quam ipsi exigere fuissent ausi, quibus à Camerali jurisdictione eximi fatis erat, salvis de cetero Imperii juribus. Mihi magis adhuc mirum videtur, Cæfareanos in stabilienda Helvetiorum libertate faciliores longè atque liberaliores ipsis Statibus Imperii fuisse; Cum enim Hi initio articulum hunc de Helvetiis ad futura Comitia rejectum, vel saltem ita circumscriptum cuperent, ut Imperio Majestas etiam sua sarta recta maneret, Basileensibus saltem à Jurisdictione Camerali eximendis, cuius rei causa tota hæc actio ab illis suscepta fuerat, missa ad locum Tractatum Civis & Consule suo Wettsteinio: Austriaci, quorum maximè ante alios intererat, ne nimium indulgeretur, contra sententiam & vota Statuum de omnimoda libertate Helvetiis prospiciendum esse contendebant, adducta ratione plene singulari, ne Cæsarem adstringi oporteat, *ad Helvetios iterum sub Imperio obsequium revocandos, quod nullo modo, nec citra graves motus fieri posse videatur.* Similares etiam aliquis à Gallis metus, non passuris, ut Helvetiorum postulata insuper habeantur, id quod sane mihi parum è dignitate Cæsaris dictum videatur. quid enim opus fuit, plura ultradare, quam initio postulata sunt? &

quid rei Gallis cum hac causa, quibus commendare quidem Helvetios licuit: sed nulla ratio erat, cur ad injuriam suam referrent, si Cæsar & Imperium de Iuribus suis noluissent prodigiose in aliorum gratiam. Neque enim Helvetii in in partem belli venerant, ut pace sibi etiam consuli postulare cum ratione potuissent, si alteri parti id è sua minus esse visum fuisset. quippe statim exordio Tabularum Pacis recensentur, inter quos actio de pace futura sit. Alii, qui inter Tractatus supervenientur, & aliena ab instituto Conventus in medium proferunt, recipi nisi utriusque partis confemu non possunt. at ambobus idem volentibus, & Cæsarianis in primis, non Basileensium modo, sed totius Helvetici corporis caufam liberalem summo studio agentibus, haud difficile erat, etiam adversus Statuum placita de re transfigere, Catholicis a nutu Austriacorum pendentibus, Protestantibus vero verentibus, ne si contra tenderent, Gallos Suecosque offendere necesse sit, quorum officiis hoc negotium simul promovebatur. Unde etiam Imperatori obsistere, nullo opera pretio, à rationibus tandem suis alienum habebant.

(b) *Super nonnullis processibus & mandatis executivis.)* Quarelæ igitur Bas-

Cantones, eorumque Cives & subditos emanatis, (c) requisita  
Ordi-

Basileensium & Helvetiorum saltem Processus & mandata executiva refipi-  
ciebant, à Camera Imperiali contra il-  
los emanata: His querelis sistendis suffi-  
ciebat Imperator & Imperium, prohibi-  
bendo Cameram judicare de causis Hel-  
vetiorum: præterea urgebat nihil, ut  
causa status libertatis eorundem simu-  
lauerit, id quod haçtenuis adeo fa-  
cium non erat, ut potius illud ipsum  
Privilegium Sigismundi, quo Basileen-  
ses à Iudiciis Imperii eximebantur, &  
ad quod isti provocabant, diserte exci-  
peret casum denegatae justitiae, argu-  
mento haud quaquam spernendo; Tempore Sigismundi Basileenses fuisse  
adhuc in ditione Imperii, atque tum  
Indicia eorum fidei magis esse concre-  
dita, si illa recte exercerent, quam ut  
hoc privilegium documento sit ad li-  
bertatem eorum probandum. Quos  
enim ego in plenam libertatem restringo,  
& omni nexu atque vinculo obse-  
quii & subjectionis exsolvo, quo mihi  
antea tenebantur, in illos hac manu-  
missione sui juris factos nullum impe-  
rium, nulla jurisdictio mihi supereft, ne-  
que denegatae justitia casu, neque ullo  
alio excepto. Quoties vero mihi e-  
jusmodi quid reservo, res ad classem  
privilegiorum pertinet, que vel solo  
nomine, & cum sunt privilegia, respe-  
ctum ad superiorum habent, cuius au-  
spicio istis fruuntur, & quæ usu indebi-

to amitti iterum possunt, quæ omnia sta-  
tu & conditioni liberi populi non con-  
veniunt. Ille enim comiter quidem  
venerari potest alterius populi majesta-  
tem, sed ab illo quicquam sibi imperari  
aut ullo pacto jus dici non patitur.  
Quare cum talis civitas meis subditis  
iustitiam denegat, illam eam ob rem ad  
me in jus vocare non possum, multo  
minus mandatis vel decretis forensibus  
cum ea agere; sed opus est, ut iis coer-  
cendi mediis utar, quæ inter liberas  
gentes adhiberi moris est, facto plerum-  
que à pignorationibus initio, donec de  
altera parte constat, an jus persolvere  
velit. Itaque cum peterent saltem Ba-  
sileenses, ne contra privilegia sua in jus  
vocarentur apud Imperii tribunalia,  
hoc vero articulo declararentur esse in  
possessione vel quasi plene libertatis & ex-  
emptionis, quis non videt, plus esse in hac  
declaratione, a Cæsareis liberalius,  
quam opus erat facta, quam in petitione  
Basileensium fuerat.

(c) à Camera Imperiali contra di-  
lam Civitatem, aliosque Helvetiorum  
uniros Cantones, eorumque Cives & sub-  
ditos emanatis.) Occasionem igitur  
huic legi dedit Camera Imperialis pau-  
lo ferventius studium in jure dicundo,  
cum nulla temporum habita ratione,  
Processus & mandata contra Basileen-  
ses aliosque Helvetios decerneret, qui  
inde usque à longo tempore negabant

Ordinum Imperii sententiā & consilio, (d) singulari decreto (e) die decimo quarto Mensis Maji, anno proxime præterito, declaraverit, prædictam Civitatem Basileam, cæterosque Helvetiorum Cantones (f) possessione vel quasi plenæ libertatis & exemptionis (g) ab imperio esse, ac nullatenus & judiciis ejusdem Imperii dicasteriis subjectos, (h) placuit hoc idem publicæ huic Paci-

se teneri apud Imperii judicia causam dicere. Satis fuissest dissimulare quædam, & in tanta tempestate obquis ve- lis paulisper navigare, cum ex adverso, dum contra flumen tendimus, ab ipso plerunque deorsum ferimur.

(d) *requisita Ordinum Imperii sen- tientia & consilio* sed haec ordinum sententia & consilium initio longe aliud erat, donec Cæsarianorum hortatibus velut coacti sunt mutare.

(e) *singulari decreto* quod apud Lundorpium loco supra citato etiam extat.

(f) *prædictam Civitatem Basileam, cætero/sq; Helvetiorum Cantones* Prima querela, ut diximus Basileensem fue- re, deinde data semel via omne Helvetiorum nomen sibi pariter prospectum voluit, de quo forte filiissent, nisi Illi Basileenses inquam, intempestivis judiciis ad tollendum clamorem filiissent incitati.

(g) *in possessione vel quasi plena liber- tatis & exemptionis ab Imperio esse* Nota hic, non dici Helvetios esse in plena libertate & exemptione sed in possessione saltu vel quasi libertatis & exemptionis, que declaratio depositione an sufficiat ad Ius ipsum Imperii, si quod erat

tollendum visi sunt alii dubitare: quam in causam nunc penitus inquire non habet.

(h) *ac nullatenus ejusdem Imperii di- casteriis & judiciis subjectos* Ecce alia hujus libertatis & exemptionis circumscriptio, vel si mavis, explicatio. Sic enim Helvetii declarantur esse in pos- sessione libertatis & exemptionis ab Imperio, ut nullatenus ejusdem Imperii dicasteriis & Iudiciis subjecti sint. Aliud autem est, à Iudiciis Imperii esse ex- emptum: & aliud, finibus Imperii non contineri, neque in ejusdem ditione es- se. Illud enim hoc multo est minus, & datur adhuc indubitate Status Imperii, quorum hoc est privilegium, ut neque in Camera neque Aulico Iudicio jure experiri teneantur, quo totum Cir- culum Burgundicum, & nunc etiam Bohemiam refero. Sed quicquid ho- rum sit, & quanta cum probabilitate ista differantur, nobis nihilominus eorum sententia non aspernanda videtur, qui de Helvetiorum omnimoda libertate pronunciant. Ita enim & ante Pacem Westphalicam & post hanc Helvetii se gesere, ut amicos quidem se nobis & fi- dos vicinos esse velle ostenderint; de-

cate-

Pacificationis Conventioni inserere (i), ratumque & firmum manere (k), atque idcirco ejusmodi Processus, una cum Arrestis eorum occasione quandocunque decretis prorsus cassos & irritos esse debere. (l)

cætero vero rationes suas omnes à noctis adeo separant, ut supra vicinitatis & amicitiae officia nullo arctiori vinculo aut nexus velint esse conjuncti, nisi quem forte ex foederibus contraxere. Itaque utcumque Germania hactenus bellis exterorum arserit, illi mediis semper agunt, & nullarum partium sunt, etiam res nostræ aliquando haud longe ab interitu & dominatu Gallorum ex prevalida horum potentia abfuisse vise fuerint, qui tempor & indifferentia officio Civis non congruit, quem mala reipublicæ & pérícula non finiunt otiosum spectatorem agere.

(i) placuit hoc idem publica huic Pacificationis Conventioni inserere) id quod hoc ipso articulo factum est.

(k) ratumq, & firmum manere) atque hoc ab Helveticorum parte huc usque adeo fideliter & sancte servatum, ut inquisimis etiam temporibus nostra Reipublicæ, cum Galli nos de ipsa etiam salutem periclitari cogerent, nulla nos ope vel auxilio unquam juverint, tantum abest, ut arma nobis eum atque vires voluerint conjungere, servanda communis patriæ causa.

(l) aigz idcirco ejusmodi Processus,

una cum Arresti eorum occasione quandocunque decretis prorsus cassos & irritos esse debere) Denudo in fine repetitur, quod jam supra de processibus & arrestis, sive mandatis dictum fuerat, ut planum sit, hanc unam causam Helvetiis & Basileensibus in primis ante alia cura fuisse, quos proinde credibile est, cetera eos silentio transmissuros facile fuisse, ni vexati litibus à Camera, dum de remediis cogitant, ad spes maiores paulatim erigere animos cepissent.

#### ARTICULUS VII.

S. r.

(a) Vnamini quoque) Hunc articulum cetera satis planum, vexatissimum fecit questio de Reformatis, an scilicet ex hoc loco probari possit, Hos, Reformatos inquam, hic sub nomine Stratuum & subditorum Augustana Confessioni addictorum, etiam comprehendendi. Videbimus de eo in ipso textu, nunc id saltem moneo, portuisse utramque partem hac disceptatione supersedere, ac præcipue Reformatos in eo acquiescere, quod se hic videant participes factos omnis juris & beneficii, quicquid cum omnibus aliis Constitutiones Imperii, cum pax religiosa & publica hæc trans-

actio,

## VII.

§. I. Vnanimi quoque [a] Cæsare Majestatis, omnium  
que

actio, in eaque decisio gravaminum ceteris Catholicis & Auguftanae Confessioni addictis Statibus & subditis tribuunt: Hoc enim meo iudicio aliquanto plus est, quam si lex de solis Auguftanae Confessioni addictis Statibus & subditis locuta fuisset, cum nunc Reformati, iuribus, privilegiis & beneficiis gaudeant non modo Lutheranorum sed & Catholicorum: quod de illis, Lutheranis inquam, ita expresse & verbis disertis nullum legitur statutum. Nam quod de mutua & exacta aequalitate inter utriusque religionis proceres & singulos servanda art. 5. §. I. habetur, saltem hanc limitationem habet, *quatenus forme Reipublicæ, constitutionibus Imperii, & praesenti Conventioni conformis est.* At hic sine ulla exceptione vel restrictione Reformati tribuitur, quicquid juris aut beneficii ceteris Catholicis & Auguftanae Confessionis Statibus & subditis five ex pace Westphalica five alia quacunque Imperii constitutione debetur: singuli prorsus prerogativa ante utrosque. Nam si quid præcipui forte Catholici & constitutionibus Imperii, pace Religiosa, aut hac Westphalica habent, quo Lutherani Auguftanae Confessione addicti non fruuntur, de eo Reformatos etiam participare, ex hoc quidem loco non est dubium. Sin au-

tem Lutheranorum ante Catholicos potior fuerit aliquando conditio, illi sane multo minus Reformatos a juris illius communione arcere possunt. Si libitum esset possem hoc argumentum longe fortius urgere, & exemplis hyjus compendii opportunitatem demonstrare. Sed quia Reformati satis est, aequo cum Lutheranis jure uti, & præterea his temporibus non disjungendis, sed sociandis animis partium utriusque Protestantium agitant consilia, ideoque ne à causa communi videamur nos separare nostra velle, hæc saltē indicavimus, ut fervidi nonnulli & Zelo inconfiderato abrepti, expendere secunda incipient, Reformatorum meliore multis pactis forte conditionem, quando eos Lutherani segregant a se, neque sub Auguftanae Confessionis appellazione volunt contineri: quam si retinent eos apud se, & sic utrique sociatis animis consiliisque Pontificios doceant, iniurie operam collocari ferendis difidentiis & foventis simulatibus. Et est sane consensus noster atque amicitia res adeo necessaria amborum saluti, & reprimendis insidiantium ausibus nefariis, ut nisi sint ex sacro ordine quidam male temperato, vel infano potius studio, qui ex turbido pīcatum captant, & inter factiones nominis celebratatem

que Ordinum Imperii consensu, placuit (b), ut quicquid juris  
aut

tatem querunt, fieri non possit, quin  
cuique sanæ mentis hæc mutua con-  
cordia atque fraternitas manifesto se  
firmitate commendet. Scimus enim ad-  
versarios nostros in perpetua esse spe-  
cula, atque a capite regi & incitari,  
cujus vigilantia indefessa rimatur om-  
nia & explorat, unde credit impetum se  
in nos cum aliquo successu facere pos-  
se, id quod recenti in Scotiam expe-  
ditione perspicuo documento testatum  
fecit. Quamobrem eo magis est ca-  
vendum, qui unius ductum & auspicia  
non sequimur, sed societate & federibus  
opus habemus, ut his saltem liber-  
tatem conscientiarum & avita sacra tu-  
eamur, quando nemo est, qui unus im-  
perio & auctoritate omnium saluti con-  
sulere potest.

(b) *Vnanimi quoq; Cesarea Majesta-  
tis, omniumq; Ordinum Imperii con-  
sensu, placuit.* Fuit sane hæc res difficultas &  
impedita tractationis, antequam sic  
placuerat, in primis Saxone multum diu-  
que reclamarite, ne hoc pacto transfige-  
retur, ut revera constantia & fidei Elec-  
toris Brandenburgici hoc quicquid est,  
acceptum ferre debeamus. Hic sapi-  
entissimus Princeps maluisset initio,  
hanc rem omnem, cum de eo, an Reforma-  
ti sub Augustanae Confessionis no-  
mine comprehensi sint? tum de alio du-  
bio simul exorto, an nimurum Statibus  
Reformatis jus reformandi religionem

eadem libertate, & amplitudine compe-  
tit, qua Lutherani eo uti posse præten-  
dunt, silentio transmissam nec motam  
unquam fuisse. Sed motam semel de-  
ferere noluit, cum id absque maximo  
Reformatorum præjudicio fieri amplius  
non poterat. Ideo suscipienda erant  
hac super re cum Saxone & aliis quibus-  
dam Lutheranis, certamina, ingenti  
Pontificiorum lætitia, qui certa se spe-  
fustentabat, fore tandem, ut ex istis  
diffisiis Evangelicorum, ipsi compen-  
dium suum facturi sint. Hinc in oc-  
culto & per emissarios sollicitabantur  
Lutheranorum Antisiftites, quorum ali-  
qua in aulis & consiliis erau gratia atque  
auctoritas, ut specie tuendæ religionis  
sue, omnes concordia cum Reforma-  
tis in eundæ vias dissuaderent suis Prin-  
cipibus, quasi luci cum tenebris com-  
merciū esse non possit. Ab hoc enim  
hominum genere ex instituto superbo  
& contumaci, quoties publicis rebus  
imprudentia nostra, aut pia simplicitate  
eos miseri patimur, nihil rectū, nihil  
moderati expectaveris. Prodeunt quip-  
pe ex pulvere Scholastico, unde nihil  
prater linqquam dicacem & rixandi ar-  
tes sibi compararunt, de cetero rerum  
gerendarum ignarissimi & temperan-  
dis consiliis plane inepti. Quo fit, ut  
dum obtentu Religionis, pro causa DEI  
pugnare volunt videri, cum revera om-  
nia eorum desiata ad ornandum su-

B (6)

um

um ordinem, eumque honoribus atque opibus beandum tendant, temporibus cedere nesciant, sed defixis in sua comoda & dignitates unice oculis reliqua insuper habeant, tanto in adversarios suos odio, ut cum illis perire etiam nolant, quam communia amborum ope salvare: quamvis hostis ante manus & oculos veretur, utrisque subvertendis vigilantissimus, ac proinde omnes temporum occasiones captans. Atque ex hac animorum stulta obstinatione provenit etiam, ut horum suggestionibus & pravis consilii tunc fascinatus Saxo in hunc articulum penitus contentire noluerit, facta etiam ad acta publica declaratione qua testatus est, nolente le & invito hanc legem de exaudiendis per omnia Reformatis cum Lutheranorum iuribus circa religionem hoc modo esse latam, nec commissurum se unquam, ut ad illam acceptandam cogi posset, quicquid etiam Pacientes super hac causa decreturi sint. Cujus rei indignissima culpam Pufendorfius in Historia de rebus Brandenburgicis lib. 2. §. 69. liquido in concionatorem aulicum Wellerum confert, qui propterea a trox scriptum condiderat, quo Electori persuadere est ausus, non posse ipsum salva conscientia in eam formulam contentire. Operae pretium erit, ipsam hujus Protestationis formulam hoc loco subjecere, ut constet, que mala & tempestates būcinae illi stolati apud Principes conflare valeant, quoties verbis eorum fucatis aures præbemus, vel fen-

tentias eorum de republica exquirimus, quos neque seipso neque Ecclesiastas suas, neque denique familiam comedere & prudenter regere posse quotidie videmus. Est autem conceptum & sub ipsa pacis conclusione Ministro Leubero in acta relatum carmen sub titulo *Eventualis Prætestationis*, his verbis: *Sacri Romani Imperii Illusterrimorum & Celsissimorum Principum, Illusterrimorum & Generosissimorum Comitum, ac reliquorum, invariate Augustane religioni additorum Statuum, generis & virtutis splendore Nobilissimi, Consulitissimi, prestantissimi Domini Legari.* Serenissimus & Potentissimus Elector Saxonie, Dominus mens Clemensissimus, in hac persua sententia, quod beneficia, que Constitutio Religionis in Comitiis Augustanis anno 1553. promulgata, Augsburga Confessioni addicti concedit, magni sint estimanda, & de ipsis sine Cesare Majestatis & omnium Imperii Statuum, consensu nihil remittendum, quamvis cause pregnantissime remissionem urgeant; Unde est, quod Electorialis ipsius Celsitudo consentire non posset, ut presenti pacificatoria transactio & beneficio mutande & introducenda religionis, Statibus Imperii Augustane Confessioni addicti, ex predicta Constitutione religionis, in terris & provinciis suis, quas veljam possident, vel per hereditariam successionem, aut alium titulum legitimum acquirent, competenti, in gratiam illorum, qui Reformati dicuntur, quicquam derogetur, nec ulla natione admittendum, ut Reformati, qui in-

PARA

variatum Augustanam Confessionem; putetur, ex allegato *Op. toto* conscientia  
 Imperatori Carolo V. anno 1530. in Comitatis exhibitam non amplectuntur, &  
 pace Religionis comprehensio non sunt, ex punitionem ac confessionem ea, qua par-  
 tite, animi sedulitate & diligentia deside-  
 ro & monco, in spem erigor certam, ad-  
 monitioni mea, nomine Electoralis ipsius  
 Celsitudinis facte, locum datum iri. Se-  
 vero Dominis Legatis aliud quid placue-  
 rit, & ipsi à projecto Conclujo receden-  
 dum non esse existimaverint, eum in e-  
 ventum contra Conclusum istud, & o-  
 rationis ejus contenta solennissime prote-  
 stor, & quod Electoralis ipsius Celsitudo  
 sibi & omnibus Imperii Statibus, in suas  
 partes descendantibus, jura, que Transac-  
 tio Passavianis & pax Religionis, Augu-  
 sti anno 1555. sanctita, largiuntur, omni  
 meliori modo potius reservet, quam ex  
 iis si liquidremittat, publice per has li-  
 teras demonstro & declaro. Quam re-  
 servationem nullum Iuri, privilegium, vel  
 Editum, nec etiam in specie Clausula  
 illa, Instrumento pacificatoria Transac-  
 tione inserta, videlicet, quod contra  
 istud conclusum nulla Protestationes &  
 contradictiones aliquid protestare debeant,  
 nec impeditre valeant, nec ullo tempore  
 valebunt. Actum Osuabrigis die 14.  
 Junii. Anno 1648.

*Serenissimi & Potentissimi Domini  
 Electoris Saxonie  
 Consiliarius & p. t. Legatus*  
*Johannes Läuber, D.*

Hæc tum Saxo per Legatum suum,  
 secreto Pontificiorum gaudio, qui sibi  
 merito

merito gratulabantur de egregia hac Protestantium concordia, plaudebantque de fabula tam feliciter acta. Sed ut consilia Saxonis & sequacium suorum eo melius perspiciantur, opere pretium esse duco, si totius rei gelta series ex Pufendorfio & Pfaunero, qua licet, brevitatem delineerit, antequam in ipso textu explicando pergamus; quo peracto non vulgare reliqui laboris compendium facere possum. Itaque sciendum est, primam ejus rei mentionem à Suecis esse factam, qui cum de pace ineunda ad Cæsareanos retulissent, inter alia capita de Reformatorum etiam securitate proposuere, *quos pace religionis comprehensos, eoque omnium supra infraque de Evangelicis dictorum paricum iisdem jure participes volebant.* Respondebat Cæsarei se non adverfari, *quo minus illius & hujus pacis beneficio, si ipsi velint, & quiete vivant, ut frui possint.* Confulti Status hac super re Catholicæ facile concedebant: sed inter Lutheranos & Reformatos aliqua disceptatio exorta. Evidem illi, Lutherani inquam, non abnuebant, quin Reformati sacra sua tuto exercere possent, quod Sueci postulaverant, & Cæsareani non invidisse videbantur. Hoc etiam illis non displicuit, tollenda esse invidiosa verba, *si ipsi velint, & quiete vivant,* cum tacitam exprobationem habeant præteriorum, quæ silentio seculienda erant. Sed hoc displicebat Lutheranus, ut Reformati per omnia pacis religiose beneficio frui, ac præcipue jure reformandi religionem, atque per id saera mutandi, gaudere possent, metu sua religionis, ne illa à Reformatis aequaliter ac Catholicis data occasione post-hac premeretur, facta nuper è Clivia periculo, unde Lutheranorum querela ad Suecos delata fuerant. Hinc aequum censebant, sibi à Reformatis sufficienter, & scripto caveri, subditis Augustanam Confessionem profitentibus liberum exercenda religionis sua arbitrium suis in ditionibus relictumiri, sive jam possessis, sive aliquando obventuris. Enim vero dissidentibus Suecis, & verentibus ne Evangelici hoc dissidio, alieno maxime tempore Pontificis spectaculo sint futuri, ingenti horum laetitia, Lutherani hoc omne negotium silentio transmisere, ne Reformatorum destinata aperte probare viderentur, ex adverso vero Reformatis consilia Lutheranorum suspicantibus, & postulantibus, ut mentem suam candida ac sine fuso aperirent. Inde formulis certatum, cumque neutrilla placet, quam alterutra in medium tulisset; diutina lis inter utrosque manxit, Brandenburgico in primis & Hasso partium suarum studia defendantibus, cum rem indignam & nullo modo ferendam censerent, si qui se ejusdem confessionis socios publice profiteantur, atque etiam in omnibus Imperii conventibus inter ordines Augustanae Confessioni addictos habentes relati fuerint, nunc propter opiniones quasdam post illam Confessionem demum motas, & inter Theologos hactenus ventilatas, deteriore conditio-

ne cum Lutheranis vivere cogerentur, manifesto non modo honoris & fama sue detimento, sed & in fraudem territorialis jurisdictionis, quam detractio ejus libertatis quæ sibi cum Lutheranis ex aequo competit, minui ea parte, qua circa sacra ornanda ordinanda; versatur, ignominiosum & intollerabile prorsus fore clamitabant. Erant præterea leviora quedam, & verbis faltem ludentia, quæ nihilominus eam ob causam Reformatos male habebant, quod intelligenter, Lutheranis quacunque occasione captata hoc agere, ut sibi molesti essent, & negotium facefissent, a quibus in causa communis & populari quodvis auxili genis sperare debuissent. Cum enim in Suecica propositione vocabulum præsens temporis, comprehenduntur, positum fuisset, illi futuri, comprehenduntur, substituuntur, eo sensu, ac si Reformatis, antea Pace Religiosa exclusis, novum nunc beneficium daretur. Deinde Confessionem Auguſtanam, cui se addictos jactabant, invariata appellavere, nomine non modo Recessibus Imperii incognito, & quod non ante diu per Pacem Pragensem obrepserat: verum etiam Reformatis contumelioso, veluti ipsi aliam Confessionem & adulteratam sequerentur. Denique suspectum etiam erat Reformatis vocabulum fruendi, veluti usufructu saltē Religiosæ pacis, ejusque securitate, non vero ceteris etiam commodis & privilegiis pleno iure gavisuris, tanquam tolerati ma-

gis per pacem, Lutheranorum gratia, quam istius Pacis consortes ex aequo jure cum Lutheranis facti essent. Quo pertinebat inprimitus illa cautio de non reformando, quam Lutherani Reformatis postulabant, ut supra dixi, & quam illi exigere se ab his merito suo posse credi volvere, in vicem gratitudinis, pro tanto beneficio communicata Pacis Religiosa & præstata ex illa securitatis: que omnia tamen Reformati suo jure sibi vendicabant, neq; abantque se protérae ciuiquam ad referendam gratiam obligatos, nisi quantum officia aliorum cum suis benigne & fideliter conjuncta promovendo negotio utriusque partis momentum facerent, que uti in re communi dum ambabus profundit, ita ut ista invicem nobis reciproce etiam accepta feramus, rationem & aequitatem velle. Vifa haec æqua & justa fuere non modo multis ex Lutheranis, sed & ipsis Catholicis; quomodo tamen illi, Lutherani inquam, manus darent, obstat per perpetuus ille ex reformatione metus, contra quem munire se cautione illa, initio statim ab ipsis proposta, intendere, cuius summa capita hec tria esse debebant: 1. ut Reformati Principes Lutheranis petentibus exercitium suum sacrorum statum apud se intactum relinquerent. 2. ut præsentem sacrorum statum apud se in tactum relinquerent. 3. ut in futurum, si Reformati novas ditiones acquirant, integrum quidem ipsis sit, sua ibi sacra exercere, ita tamen ut & Lutheranorum sacra, in eo, quo ista invenient

rent statu, relinquerent. Sed ju-  
lebat Brandenburgicus Lutheranos  
hoc metu securos esse, neque enim  
sibi unquam placuisse vim, qua consci-  
entia subditorum adserretur; quin hoc  
sibi propositum, ut Evangelici omnes  
nullo discrimine & inter se amicè atque  
fraterne agant, & apud se æquo jure ac  
conditione sint. Optare eundem Lu-  
theranis animum, qua ratione utriusque  
parti optime cautum fore: saltem de-  
precari Reformatos invidiam, qua se  
Lutherani onerare intendant, cum illos  
non minor metus ab his urgeat, experien-  
tia eductos, quam male ubique & in-  
digne Reformati habeantur à Lutheranis,  
ubi copia datur illis nocendi, ita-  
que non convenire, ut quam una pars  
sibi legem circa jus reformandi imponi  
nolit, eam velit alteri dicere: cum poti-  
us hoc utrisque providendum sit, ut  
mutuo metu si quem utique esse oportet,  
in officio continetur, aut altera pars  
forte exorbitans ostentatione similis in-  
fiuos periculi reduci ad meliorem men-  
tem possit. Quod ad suos ordines Pro-  
vinciales atque subditos attineat, iis a-  
bunde jam literis reversalibus cautum  
esse, ut nihil sit, cur à reformatione sibi  
timere debeant: multo minus æquum  
esse, ut alii ea cura se exerceant, ad quos  
nihil pertineat, qua ratione ipse suis im-  
peret. &c. Inter hæc certamina Cassellani  
in medium attulere, cum reformandi  
vocabulum sit exsuum, inter partes su-  
per securitate subditorum conventionem  
incundam, ut omnes & singuli sa-

cris suis relinquantur, ita subditis  
utrinque adverius reformationem ca-  
veri, & Statibus Ius Territoriale salvum  
manere, & Elector quidem Branden-  
burgicus hanc rationem se accipere sta-  
tim testatus est, sed hærentibus adhuc  
Lutheranis, & cauifantibus sibi ante  
omnia Theologorum suorum consilio  
opus esse, intercessere Sueci, atque cen-  
suere, hanc rem ita temperandam, ut  
salvo cujusque partis jure Territoriali,  
quod neutri ob reformationis causam  
minui oporteat, saltem subditis utriq;  
caveatur, de libero religionis exerci-  
cio, & ut ab omni vi conscientiis eorum  
inferenda tuti sint: de cetero Magistrati-  
bus Iura Patronatus integra relinquenda,  
uti & Communitatibus jus præsen-  
tandi, quibus inyitis Pastores non sint  
obtrudendi. Reditus vero Templo-  
rum, uti nunc sunt, mansuros, & subdi-  
tos diversæ a Domino religionis, si novo  
templo opus se habere existimat, id  
suis sumtibus extructuros, qui etiam mi-  
nistris Ecclesiæ ac Scholarum de suo fa-  
laria expedire debeat sine alterius par-  
tis detimento. Ita paulatim mites-  
centibus animis, & in primis Altenburgi-  
co ac Vinariensi à fervore suo, aliorum  
Lutheranorum hortatu, remittentibus,  
placuit in universum, jus Ordinum  
Territoriale intactum relinquere, ac  
subditis tantum ita consulere, ne quoties  
Domini diversæ religionis subditos for-  
tiuntur, religionem etiam eos matare  
oporteat. Ad hunc sensum cum Sal-  
vius, Orator Suecicus, formulam quan-  
dam

dam concepisset, Reformati ideo non probataim; quod non modo se opponi advertebant Augustanam religionem professis, verum etiam Lutheranis per am in signis prærogativa circa jus reformati queretur, cum eo, quod illis, Reformati inquam, forte in terras, ubi Lutherana religio solum viguit, successuris, facultate sacra sua introducendi interdicat, cuius rei Lutherani eodem easu sibi liberum arbitrium relinqui postulabant; tum etiam eo, quod Nobilibus, Civitatibus & Vicanis Lutheranis, sub Reformato Principe degentibus, potestatem faceret publici exercitii sui instituendi, quo Iure excluderentur Reformati sub Principe Lutherano: Reformati pari utrinque jure agendum est: contendentes aliam proponebant formulam, quam hic integrum ex Pufendorfio describere non pigebit, cum fundamentum fuerit super quod articulus nostrarum deinde constructus est, ita enim ambo inter se comparati facilius nos docebunt, quam demum in legem convenutum sit. Est autem haec: *Quamvis ante hac, & prescritim in Comitiis Augustanis 1566, quæstio à nonnullis moveri coepit, utrum Reformati, qui & ipsi Augustanam Confessionem, Carolo V. Imperatori exhibitam se toto pectore amplecti consenserit, assverabant, ac etiamnum publice proficerent, à pace Religiosa excludi deberent; tamen ut omnis omnino differens maneria tollatur, constans tam Imperatorie Majestatis, quam omnium Eleborum, Principum atq[ue] Statuum, concili-*

*ante id Regia Majestate Suecia, mens atque publica conventione hac est, quod dicti Reformati cum suis ditionibus ac subditis a Pace Religiosa neutiquam excludi, sed questione illa penitus rejecta, atque abolitione prout & hoc ipso rejicitur atque aboleatur, tam Pacis Religio, utpote illa comprehensi, quam hujus Pacificationis, omniumq[ue] Articulorum in iuraque Pace existentium pleno & paricim ceteris statibus Jure participes esse debeant. Hic primo displicebat Lutheranis ex hac formulâ videri posse decisam illam quæsiōnem de Reformatis pace Religiosa jam olim complexis, quam tangi nolabant, re potius sic adornata, ut declaratio fieret, Reformatos jam sine omni dubio pacis Religiosa beneficio ex hac Transactione gavifuros, relicto in medio, an etiam ante hac ea gavifuros. Deinde in eo maxime dicti Lutherani repugnabant, ne tam luculentis verbis & clara sententia statueretur, Reformatos Augustanam Confessionem toto pectore amplecti atque profiteri, ostendentes, falsa se conscientia in hoc assertum consentire non posse, longe alia opinione hac super re præventos, itaque hunc locum ita esse temperandum, ut Reformati Pacis Religiosæ præsidio & beneficiis contenti, sibi necessitatem non imponant facienda contra animi sententiam confessionis neque enim sibi integrum esse, profiteri diversa ab his, quæ sentiant. Sed negante Electore Brandenburgico, Reformatis aliorum opiniones nocere posse, quominus eis fidem suam*

suam Augustana Confessione tueri, atque per id participare etiam Nominis ejus honorem liceat; nulla alia ratio expediendi negotii inveniri poterat, quam dictio quedam obscura & ambigua, ab utrisque suis in partes pro cu-jusque sensu facile trahenda: id quod per verba, *inter illos*, factum, quae dum Reformati ad verba proxime prae-dentia, *Augustana Confessioni additiss.*, referre volunt, illi, Lutherani inquam, ad paulo remotiora, *Ordinum Imperii*, trahunt, quasi per verba *inter illos* di-cum fuisse Ordines Imperii, non vero, *Augustana Confessioni additiss.*, qua de re plura infra dicenda e-runt. Atque hac ratione tandem compositus fuit ille Articulus de Reformatis & Lutheranis, non sine multis molestii, neque etiam sine omni Pontificiorum ipsorum offensa & scandalo, quibus haec Evangelicorum ve-cordia, & diffensio in promovendis mu-tuis commodis vel reprehensione etiam digna visa est, increpante Volmario Saxonicos præcipue, & monente, hanc non esse viam ad pacem promovendam; Quodsi vero Protestantes eandem im-pedire hoc pacto studeant, Catholicos quidem facile spectaculo isto frui posse, ut ipsi mutuis se laceissent convicia, sed tandem ambo visuros esse, quosinde fructus sint reportaturi. Quamvis nec salutaria haec præcepta Saxonem, Theologorum fuorum opinionibus ob-noxiun, a sententia dimovere potue-rint, quin saltem Protestantationem illam, de qua supra dictum, interponeret, tan-

to Austriaci Volmarii indignatione, ut testaretur, se illam ab actis rejecturum fuisse, si praesente se fuisset exhibita, quamobrem facta etiam ab ipsis Catho-licis declaratio, a se ejus rationem nullam habitum, sed hunc articulum septi-mum ea per omnia formula, qua con-ceptus esset, relictum iri, non aliter ac si hac protestatio nunquam intervenisset, quam præterea in acta referri & apud ea custodiri nefas esse ducerent. Et haec quidem illo tempore acta. Sed post-hæc defervuit paulatim iste ardor, ut iam nostra etate nemo sit, qui hunc articulum impugnare hac ratione audeat, quod omnium Statuum consenfu de eo transactum non fuerit. Quin eo poti-us jam est deventum, ut ipsis Lutherani Reformatis non amplius questionem de eo moveant, an comprehensi hi eti-am sint sub appellatione eorum, qui se Augustana Confessioni additios profi-tentur. Et profecto re probe expensa causa fuere, cur aliquid ab hoc absurdio rigore Lutherani remitterent: nam utriusque partis summe refert, se contra Pontificiorum infausta molimina, quanta maxima prudentia & cura pos-funt, munire, eamque in rem societatem arctissimam contrahiere, quo præcipue conducit, nomimum atque appellatio-num similitudo, quemadmodum di-versa nomina statim pro Classico sunt ad simulantes & odia inter partes, neque est cur una pars se teneritudine sue conscientiam impediri causetur, quo minus unionem cum altera sanciat. Ni-hil

aut beneficii, (c) cum omnes aliæ Constitutiones Imperii, (d)  
tum

hil ineptius minusque congruum hac excusatione dici potuit, qua tamen illi conscientiosi, si Diis placet, quasi pro arce, vel potius stratagemate circumveniendis Principibus, usi sunt, non alio fine, quam ut inter factiones, quas acerbis & contumeliosis titulis nominibus que faciunt & propagant, ipsi apud suos eo securius atque majori cum autoritate regent, velut unici & necessarii custodes religionis, quos perpetuo in specula stare oporteat prospecturi, ne res divina detimentum capiat, atque profecto mirum est, oculos Principum hac simulata sollicitudine & devotione obliniri posse. Maneamus saltem in nostro exemplo, de iis, qui Augustanae Confessioni additi sunt, vel non sunt. Hic cum ipso illi Barbatuli non ignorant, Confessionem Augustanam sensu paulo latiore nomen esse vel signum, quo se Protestantes omnes à Pontificiis distinguunt; alio vero strictiore significatu inter Lutheranos & Reformatos ex postsecuta Apologia atque Concordia formula, quibus scriptis de nonnullis controversiis & opinionibus est itatum, facere discrimen, qua obscurio invidia est, innocui nominis, & laxiori illo sensu venientis gratiam nobis facere nolle, cum nos illis intellectum strictiorem libenter volentesque remittamus. Quot sectis & opinionibus hodie res omnis Christiana turbata & divi-

sa est? Habet una quæque pars sua simbola, suas formulas, & confessiones: imo lacerant se & profundunt invicem indignis modis. Neque ideo tamen cniquam Christiani nominis appellationem denegamus, qui Christum Messiam ex Sacro Codice profitentur, mortuum sub Pilato, & tertia die refusatum, postquam multis miraculis in vita sua, quam cum hominibus sub imagine carnis humanæ, duxerat, inclinuerit. Reliquæ opiniones de fide & sacris dividunt quidem Christianos in partes & sectas, sed alius alium ideo jure & communione Civitatis Christianæ non privat, quamdiu Christum auctorem sue religionis & Dominum agnoscit. Quidni igitur eodem pacto Protestantates se invicem Augustanae Confessionis Socios ferrent, dum utrique illam sectantur, idque se facere ex animi sententia publice confitentur, utcumque inter illos, seu eorum potius Theologos adhuc super quibusdam doctrinis certamina superfint, lingua professoria exercenda, quæ arma huic hominum generi dulciora sunt vel ipsa vita.

(c) ut quicquid juris aut beneficii) Hic exæquantur Reformati Status & subdit per omnia, sive jura sint sive beneficia, Catholicis & Lutheranis, ut Hiduo præ illis præcipui nihil arrogare sibi possint; quod olim multis modis factum fuisse meminerant Reformati, ne-

tum Pax Religionis & publica hæc Transactio, (e) in eaq; decisio Gravaminum (f) cæteris Catholicis, & Augustanæ Confessioni addictis Statibus & subditis tribuunt, (g) id etiam iis, (h) qui inter illos

que à Catholicis tantum, qui eos beneficiis pacis religiosa privare conabantur, ex prætextu, quod hac pace comprehensi non essent: verum etiam à Lutheranis ijsis, quæstionem moventibus de Iure reformati, an hoc æque Reformati Statibus in Lutheranos subditos competat, quam ipsi hoc sibi liberum in Reformatos relinqui volebant. Nam quod ad Catholicos subditos attinet, de eo neutri haud valde laborabant. Itaq; hoc tandem modo transactum, ut Status Evangelici utriusque religionis jure reformati in Catholicos subditos gaudeant, quo Catholici Status in subditos Evangelicos, nullà Lutheranorum ante Reformatos prærogativa. At vero inter Protestantes ipsos hactenjus reformati cesset, quatenus neutri partium subditos diversæ Religionis ad sua sacra cogere fas est, etiam anno 1624. in possessione exercitii non fuerint: data tamen subditis libertate mutandi religionem, quod si aliqua communitas fecerit, id ei liberum est, neque propterea exercitio suis sumtibus & citra reliquorum præjudicium insti-tuendo prohiberi debet.

(d) cum omnes alia Constitutiones Imperii) Igittu nihil omnino excipitur, quo vel Catholicis vel Lutheranis per Leges publicas conditionem suam præ Reformatis facere meliorem licet, præ-

terquam si cui quid ex speciali privilegio tribuitur, quod nec omnibus Catholicis, nec omnibus Lutheranis, quæ tales sunt, & hoc statu gaudent, commune est.

(e) tum pax Religiosa & publica hæc Transactio) De Pace Religiosa in superioribus fatis est dictum. Publica autem hæc Transactio, quæ hic nominatur, omnem ambitum Pacis Westphalicae exhausta, ut ubincunque aliquid in gratiam Catholicorum vel Lutheranorum constitutum reperitur, id etiam commodis Reformatorum inservire debeat, atque adeo ab his allegari pro causa sua possit.

(f) in eaque decisio Gravaminum) hac verba faciunt, ut proximè superiora, de Totis Tabulis Pacis intelligamus; alias nos non latet, verbum Transactionis dici aliquando etiam specialiter de constitutione art. V. & significare transactionem de gravaminibus.

(g) ceteris Catholicis & Augustanæ Confessioni addictis Statibus & subditis tribuant) Nobilitatem nominasse non fuit opus, quamvis neque exclusum existimare debeamus. Saltem enim Status Catholici & Lutherani, ut & eorum subdit pro exemplo hic sunt vel mensura, ut ex eorum statu vel conditionem intelligamus, quantum Iuris vel bene-

illos Reformati vocantur, (i) competere debeat. Salvistamen  
semper

beneficii Statibus Reformatis eorumque subditis sit tribuendum.

(h) *id est iam illi, qui inter illos Reformati vocantur, competere debeat.*) intelligenda hæc tamen sunt terminis semper habilibus, & pro substrata, ut a-junt, materia, ut nimis um manecamus in causa religionis ejusque exerciti: imprimis vero respiciendum ad jus reformati, qua in re hic Status Reformati Catholicis & Lutheranis per omnia exequantur, ut horum nulla ratione meior conditio in reformanda religione adversa esse possit, quam illorum est. alias multis modis Catholicis & Lutheranis Statibus, extra religionis respectum in aliis politicis negotiis competere quadam jura & beneficia possunt, quæ Reformati sua facere non licet: uti & Reformati quadam præcipua possunt esse, absque communione cum reliquis Statibus. Fit enim hoc ex diversa conditione Civium, qua in Republica sunt, cum fieri non possit, ut aequo omnes jure vivant.

(i) *Qui inter illos Reformati vocantur?* En tibi verba, quæ in hanc usque diem materiem præbuere magna & impeditæ contentionis, dum scilicet hoc, inter illos, Reformati ad Status Augustanae Confessioni addictos referunt; Lutherani vero ad paulo superiora, ut Catholicci etiam subintelligantur; diversa explicatione. Illi enim, Reformati, per hæc verba probare volunt, se

Statibus Augustanae Confessioni addictis hic adnumerari, adeoque sibi duobiam hujus participationis gloriæ fieri jam non posse. Quibus Lutherani respondent, partem adversam falsa interpretatione sibi placere, cum id actum nullo modo fuerit, ut per hæc verba, inter illos, Reformati declararentur confortes Augustanae Confessionis: in hoc enim ut consentirent, Lutheranos inter tractandum præfracte restitisse. Sed hoc saltem per ea indicatum, Reformatos æquo cum Catholicis & Lutheranis, sive Augustanae Confessioni addictis, jure posthac usuros nulla horum prærogativa. Ideoque noluissent Lutheranos, ut verba sic conciperentur, inter HOS, ne speciem haberent, de solis Lutheranis, seu Augustana Confessioni addictis agi; sed post longam disceptationem scriendum fuisse, inter ILLOS. Scilicet Catholicos & Augustanae Confessioni addictos, quod idem fit, ac si dictum fuisse in Imperio, seu inter reliquos Status & Cives, vel subditos Imperii, quo sensu Reformatos in communionem Augustanae Confessionis non magis recipi, quam se propter Ecclesie Romane adnumerari vellint. Si dicere liberè permissum est, quod sentio, mihi certè videtur, non esse cur Reformati eam ob rem cum Lutheranis tantopere contendenter. Neque enim illis quicquam perit, sive Augustana Confessione comprehensi sunt.

semper (k) statuum, qui Protestantes nuncupantur, (l) inter se & cum subditis suis conventis pactis, privilegiis, reversalibus & dispositionibus aliis, quibus de Religione ejusque exercitio & inde dependentibus, eiusque loci Statibus & subditis hucusque

Int, sive non, ex quo semel participes facti sint omnium iurium & beneficiorum, que Catholicis & Lutheranis ex pace tributa inveniuntur. De cetero non fuit omnino de nihilo, quod Lutherani contra Reformatos ex his verbis, *inter illos*, olim disputavere: nam ex actis constat, de industria haec ipsa verba sic fuisset questa, & in lege posita, Reformatis frustra urgentibus, ut pro, *ILLOS*, scriberetur, *HOS*, quod impari à Lutheranis nulla ratione potuit, hanc unicam ob causam, ne hoc pacto viderentur se Reformatos in societatem Augustanae Confessionis adscivisse: Verum enim vero qua lis illis temporibus sub judice est relicta, nostra tempora tantum non decimam habent, cum remittentibus paulatim certaminibus jam Augustanae Confessionis nomen & honorem utrique sibi publicis scriptis communicant, seque appellant Socios Augustanae Confessionis ex utraque parte: *Der Augspurgischen Confession verwandte Stande zu beeden Theilen*/uti nuper adhuc factum illis literis, quas Status Protestantes nomine communi pro Silesia ad Cesarem & Regem Sueciae dedere. Evidem maluissernt Reformati, ut verba paulo distinctius conciperentur, *hec modo:*

Augspurgischen Confessions - Verwandte Stande Lutherische und Reformatirtheils; neque res ipsa dispicebat Lutheranis, sed offensæ fuit nomen *Lutheranum*, quo noluere uti, ne religio sua argui possit nominis ab humana autoritate assumti. Si abs hoc fuisset, vel alia commoda appellatio reperiiri potuisset, qua se à Reformatis distinguarent, integræ de cetero Augustanae Confessionis societate, cui fraudem fieri cum alterius præjudicio noluere, dubitandum non est, quin apertius etiam locuti fuissent. Denique monendum adhuc exstimo, verba illa, *qui inter illos Reformati vocantur*, sic accipienda esse, ut id exprimant, quod revera est, remoto illo sensu, qui alias ex usu loquendi contemptum vel despiciuntiam secum trahit.

(k) *Salvi tamen semper*) Postquam Status Reformati, eorumque subditi, in ordine tam ad Catholicos quam Lutheranos declarati sunt capaces omnium iurium & beneficiorum, quibus hifruuntur, jam sequuntur specialia quadam, ad solos Protestantes, tam Lutheranos, quam Reformatos æquo itidem jure spectantia, quibus neque Catholicis adversus Protestantes, neque his adversus illos uti necesse est; inter quæ pri-

mo

mo loco sunt pacta & conventiones omnis generis, quæ olim inter Status eorumq; subditos inita fuere, quæq; salva manere jubentur, nulla ratione ad statum anni 1624. habita, quod semper fieri oportet, quoties Protestantibus cum Catholicis negotium est.

(l) *Statuum, qui Protestantes usurpanter*) Hic solus est toto Instrumento Pacis locus, ubi Evangelici Status nomen & appellationem *Protestantium* sortiti sunt. Nusquam enim alibi hæc vox occurrit, Evangelicis non usque quaque grata, quamquam non habeant, cur hoc adeo defugere vel deprecari oportet. Causam hujus nominis, cetera in Tabulis pacis insoliti, hanc fuisse puto, quod nunc de Evangelicorum rationibus statuatur, que ad illos solos inter se pertinent, quo respectu cum duas partes constituant, quos Lutherani forte communi Augustana Confessionis Sociorum nomine designari nolueru, nulla commodior vox inventa est, que utramque partem una significazione complecteretur, quam nomen *Protestantium*, cuius origo ab eo tempore repetenda, quando post institutam à Lutheri in Germania Reformationem illi Status, qui Lutheri partes fecuti sunt, Decretis Comitiorum super religione per Catholicos majori numero factis, stare nolueru, quod primo Comitis Spirensibus anno 1529. celebratis accedit, ubi interposita Protestatione discessere, testati, se curaturos, ut Religio Christiana suis in territoriis interea sic ordinetur, sacraque administrentur,

prout confidant a se rationem ejus rei & DEO reddi, & per id suis etiam conscientiis satisficeri posse. Ab hac Prostestatione *Protestantes* appellati sunt, nomine haudquam contumelioso, sed quod de magnitudine animi & constantia eorum in defendenda veritate illustre testimonium exhibet, summa apud posteritatem gloria, qua intrepide eorum perseverantiae hoc nunc debet, ut conscientiarum libertate & pace religiosa fruatur, ex soluta tyrannide pontificia, qua olim totus occidens miserime ingemiscerat, & quin nunc etiam nos hodiernum in diem premi oportuisset, nisi fortis illi & aeterna laude dignissimi maiores nostri excutere hoc intollerabile jugum ausi fuisse, initio à *Prostestatione* facto, que primum velut classicum defectionis a Romano Pontifice fuit, quod mox per universam Germaniam excitavit, qui sequerentur primos illos Duces. Quemadmodum igitur apud omnes populos sacra sunt & memoranda ea principia, que occasionem dedere pellendis tyrannis & recuperandas libertati: ita quo carior nobis esse debet libertas religionis, qua conscientiis nostris consulitur, quam civilis illa, in effrenem sape & male ordinatam licentiam definens; Hoc certe magis astimanda est Prostestatio illa Confessorum nostrorum, que glaciem fregit ad magnum illud & salutare reformationis opus generosa audacia. Itaque si à magnis aliquando & heroicis factis

que provisum est, (m) salvâ itidem cujusque conscientiæ libertate.

factis derivatum cognomentum multis gloriæ & honori fuit, quid Evangelicis esse gloriiosius potest, quam ab illa Pro-telatione, qua fundamenta evertendi Papatus jecere, Protestantium nomēn & titulos gerere?

(m) inter se & cum subditis suis conveni-tis pactis, privilegiis, reversalibus & dis-positionibus aliis, quibus de religione ejusque exercitio, & inde dependentibus enijsq; loci Statusbus & subditis huc usq; provisum est. Cum inter Protestantes & Catholicos five Status five subditos causa veritutis, conventum est articulo V. §. 33. ut pacta, transactiones, & cetera, que inter tales immediatos Imperii Status eorumque subditos de publico, vel etiam privato exercitio Religionis introducendo, permittendo & conservando ante hac intercesserunt, initæ & factæ sunt, non aliter rate ac firmæ maneant, quam quatenus observantia anni 1624. non aduersantur. Hic autem cum inter Protestantes ipsos res agitur, pacta, privilegia, Reversales & dispositiones a-llie salva rataque maneant, five huic ob-servantiae conformia sint, five adver-sentur. Causa hujus differentia est, quod Protestantibus inter se terminus illius regulativus & fatalis positus non fuerit, adeoque illis in controversiis suis judicandis neque prospicet neque nocet, de quibus ex hoc nostro potius loco est contendendum; idque five causam sta-

tus inter se habeant, five cum subditis suis, & quidem enijsung; loci sint status & subditi: ut adeo etiam in Austriae Provinciis, si quid inter Reformatos & Lutheranos est negotii, res non aliunde quam ex hoc articulo sit definita. Nihil enim Catholici Principis referit, quibus legibus & pacis per pacem Westphalicam introductis subditos Protestantes inter se in controversiis religionem concerentibus judicare oporteat, modo eorum Imperium & jus territoriale, quatenus illud eadem pace aliqua sui parte non est delibatum, non minuatur, aut in deteriore conditio-nem redigatur. Nam absolutam de eo-rum causis judicandi potestatem, nulla pacis habita ratione concedi illis ideo nequit, quia alias facilis & expedita ra-tio esset, sub specie juris dicundi utramque partem sensim evertere, regnante apud illos qui sacrū præfunt, & his in rebus plerumque consuluntur, indomita atque effreni recordia, ut sape nihil dubitet de propria securitate periclitari, & cum tempore una perire, modo in praesens, aut saltē dum ipsi cum spe aliqua commodorum suorum se super-stites fore confidunt, inimici suis ægre facere poterunt. cuius pestifera & insana æmulationis exemplum his tem-poribus in Palatinatu inferiore habe-mus, ambitione corum, apud quos si stare, jam certe Reformati in toto illo Pa-ti-

tate.(n) Quoniam vero controversia Religionis, quæ inter modo dictos Protestantes vertuntur, hactenus non fuerunt

com-

Iatnati exturbati, aut saltem omnibus bonis Ecclesiasticis, que illis pax Westphalica restituit, spoliati essent: tandem apud eos inuidia potest, & habendi aliena cupiditas.

(n) *salva itidem cuiusdam conscientia libertate*) Per haec verba subditis Protestantibus contra Status Dominos Territoriales suos itidem Protestantes, sed qui diversæ ab illis sunt religionis, paulo magis est cautum, quam si Catholicos Statui res est cum subdito Protestante, vel vice versa. Quamvis enim hoc ultimo casu subditi etiam a Dominis Territorialibus libertati conscientiae quisque sue sint relinquendi, neque ad ejrandam religionem suam, amplexandaque sacra Domini Territorialis cogi possint, illi tamen, qui neque publicum neque privatum sue religionis exercitium anno 1624. habuere, juberi possunt ut emigrent, vel etiam expelli, si praefracte noluerint: at Protestantibus subditis a Principe Protestante religionis causa migratio indici non potest, sed tolerandi etiam ab invito sunt, & sua conscientiae permittendi, ac velut à potestate territoriali emancipandi, ut ab omni metu reformationis liberi tuitique agere ibi possint. Quoniam autem his subditis emigratio imperari nequit, queritur an si voluntarie migrare, & vertere solum velint, Dominum oporteat hoc

eis concedere, neque jus impediendi sit, veluti art. 5. de iis statutum est, qui sine Catholico sive Protestante Domino emigrationem petunt religionis causa? Mihi sane videtur, cessante ratione illius legis cessare etiam jus ex illa lege debitum: Fuit autem ratio legis superioris, ut subditi diversæ a Domino Territoriali religionis ab omni vi conscientiis suis metuenda securi praestentur: Quare si Status Catholicus subditum Protestantem tolerare amplius non vult, nisi mutet religionem, ut saltem ei hoc permitat, ut emigrare salva religione possit, quod etiam de Statu Protestante & subdito Catholicico intelligendum. Enimvero inter Protestantes ipsos hoc non est extimescendum, ubi salva conscientiae cuiusque libertas est stabilita, ut subditus opus non habeat, eam ob causam beneficio emigrationis uti. Meo itaque judicio dispiciendum, quid juris Princeps vel Status extra respectum religionis in retinendo subdito migrationem moliente habeat: quid item juris subditus in civitate mutanda? quod ferre unice ex conditione subditorum & observantia loci, seu usu definiendum erit. Iura enim civilia & aliarum gentium consuetudines hac in causa eo minus praejudicium faciunt, quod ne quidem in Germania nostra ubique idem jus dicatur: cum alibi difficultius dimit-

TAN

compositæ, sed ulteriori compositioni reservatæ sunt, (o)  
3000. non enim ad aliorum causarum adeo-

tantur. Subditi, alibi facilius quo ipsa subditorum natura facit, inter quos sunt Statu plene liberi, alii dicuntur Homines proprii aut glebae addicti. Alias si extra consuetudinem vel usum, ratione pugnandum est nullo ad particulares circumstantias habito respectu, dicendum videtur, sicuti Principi non facile licet civem vel subditum civitate vel ditione sua expellere, atque veluti abdicare, nulla legitima causa existente: ita vicissim in potestate subditorum & libero eorum arbitrio esse non debet, manere in civitate velit, vel mutare locum, que proprie inquilinorum & peregrinorum est optio atque libertas; quos vero rursus Princeps etiam nullis ex causis ad vasa colligenda & profectiō nem adornandam potest adigere. Subditorum diversa est ratio. Hi enim cum Statum in civitate habeant, que Patria ipsis exjure civitatis est, ut a Principe petere possunt, ut hunc sibi statum incolorem servet, atque in eo se defensat. ita iniquum est, si Princeps jus suum in subditos, quod fidelite, obsequio & præstatione onerum tam personalium quam realium, aliquis multis insignibus titulis se commendat, & quofa omnis ejus potentia & opes nituntur, precarium habeat, & ad subditorum nutum revocabile. Vno verbo, ut omnes subditi simul renunciare Princi pi subjectionem, & uno agmine migrare

nequeunt, id quod nemo forte negare auctor fuerit, ita nec singulis hoc concedi potest, quia jus quo singuli utuntur, universitatim magis est adserendum. Sed, ut dixi, haec ex civili saltu ratione ita disputantur, nos hodie in Germania aliis moribus vivimus, ubi subditi pro libertu fides mutant Laresq; alio transierunt, ubicunq; eis hac licentia ex consuetudine non est interdictum, quæ una totum hoc negotium conficit. De cetero hoc mihi adhuc objici posse video, posse subditum Protestantē aliquando causas habere, cur etiam in Status Evangelicidatione migrationem suscipiat; veluti si ibi suæ religionis exercitium publicum non habeat, neque alii eo numero ibi sint, ut exercitium instituere, suisque suntibus habere possint. Est etiam cum indiscretus religionis ardor, autoritate publica fretus, paulo gravius vel indignius eos tractat, quos Ecclesiastici illi, flabria & fomites persecutionis, sub imperium suum redigere nequeunt. Est denique cum inter ipsos Cives odio & similitates ex religionum diversitate nascuntur, quibus certaminibus semper illa pars inferior, & contemtui exposita, quæ numero minor, præcipue, quoties Dominus Territorii, forte ipse etiam studio partis præventus, non omnes aequali benevolentia complectitur, sed una ante alteram cum in administranda justitia, tum in petendis honoribus,

bus, insignibus prærogativis poller: quam indignitatem & imparem in dispensandis rebus ratione patienter tolerare non cuiusvis est ingenii. Hoc causa moderate saltem utendum erit Principi suo, ne difficultem fe praebeat in ejusmodi cive vel subdito dimittendo, dummodo magnas & prægnantes causas non habeat, cur ei veniam abeundi dare non possit. Alias enim & in universum sic comparati sumus, ut quos religionis causa odimus, eos abigere etiam à nobis magis studeamus, quam ut valde laboremus, quo pacto retinere illos jus fasque sit. adeoque uti eorum expulsionibus invidiam sepe non timemus & exprobationes; ita veritati consentaneum est, sibi gratulaturos esse potius, quibus occasio offertur ejusmodi subditi cum bona gratia dimittendi, quem forte mansurum ipse per vim etiam, si liceret, ejecturus fuisset.

(o) *Quenam vero controversie religionis, qua inter modo dictos Protestantes vertuntur, hactenus non fuerunt composite, sed ulteriori compositioni reservatae sunt?* Hoc jam loci incepturn est agi de jure reformandi inter Protestantes ipsos, de qua Pacificentibus paulo alia placuere, quam qua hanc circa rem Catholicis contra Protestantes, & his contra illos sunt præscripta. De cetero sunt pleraque controversiae religionis, qua inter modo dictos Protestantes vertuntur, nullius fere ponderis, & parvi adeo momenti, ut nisi Theologos insana rixandi scabies teneret, qua una re-

maxime autoritatem suam fulciunt, si que ordinis necessitatem commendant, præstigium certe esset, cur se invicem tantis probris & conviciis proscindant, nullo fine maledicendi, nisi ubi Principes ipsi salubriori instituto hos animi motus prudentibus edictis compescunt. Difficillima omnium est controversia de absoluто DEI decreto. Enimvero stolidos homines, qui antequam intimebibi & in spiritu consciæ sunt, quid sit Deus, de eterno ejus & absoluто decreto certamina miscent, & conseclanea cuncti rationis sue ductu. quicquid enim de captanda ratione garrant, & se verbo Dei nisi gloriantur, haec tamen omnia paulo oculatioribus ludibrium saltu debent. Nam cum ultraque pars idem Dei verbum, eandemque scripturam suam in causam trahat, & nihilominus ambo ex hoc ipso scripto verbo diversas atque inter se pugnantes opiniones defendant, fibique mutuo consequentias atroces & blasphemias imputent, obsecro, quid est, quod haec certamina facit, si ratio non est, quam saltem neutra pars in eruendo Scripturæ sensu captivat, aut captivare potest, si vult interpretem agere. nam interpres sine ratione videtur mihi esse campana sine pistillo; ad altiora enim ipsi non recurrent, & fanaticissimi protinus arguunt, cum aliquis opinioni sua instinctum divinum obtendit. Iam quæ de Sacra Cœna superest contentio, de ea sic comparatum, ut Iovem Lapidem jurarem, Lutheranos in hanc suam sententiam

tentiam lapsos nunquam fore, ni inter Pontificiorum transubstantiationis monstrum & doctrinam Reformatorum, qui nonnunquam de Sacramento isto paulo securius sunt locuti, media via incedere voluerint, non advertentes in fervore disputationis; illud figmentum *confusianonis*, uti nobis proponunt, aequem magnis, si non majoribus, difficultatibus laborare, quam doctrinae Pontificiorum de transubstantiatione objici solent, cum interim Reformatos sensum verum & genuinum, utrum figuratum, sequi vel ex eo clarum sit, quod in toto rerum natura, omniumque lignarum generibus, exemplum dari non possit, ut in aliqua oratione, ubi subiectum diverse est cum praedicto nature, sensum sine trope inveniamus. Hoc enim velle est contra rectae rationis principia agere. Atque certus ego sum, Lutherum, qui initio Reformationis, quandiu cum Pontificiis de abroganda Missa prolabiatur, longe alia de hac causa sentiebat, bellum propterea nemini dictum suisse, nisi adversariorum suorum importunitate, ut erat vir acer & cedendi nescius, provocatus fuisset; impegit igitur illum ardor disputationi in hunc scopulum, quem procul dubio declinasset, si lenibus mediis & aliquo obsequio, quo imprimis delebetatur, ipsam demereri studuisse, qui eo tempore cum illo rem habebant. Prajudicium in hac causa facit, quod videam, fere omnes sive Lutheranos, sive Pontificios, qui paulo anteriores

Sapientiae Theologicæ recessus scrutati sunt, & mysteria Dei ductu Spiritus sui intelligere incipiunt, neglectis formulis & symbolis humanis, statim & transubstantiationis & confusianonis idola sua abjiciant, & frangant, iliumque sectentur sensum; quem ordo verborum naturalis ex subiecti & praedictati disparitate producit, & quo ipsi quotidie in sermone familiari milles utimur aperto & plano sensu, quem obscuratur esse mus, aut saltem nos deridendos præbituri, si ubique verborum proprietatem absque troppo, qui hoc causu velut sal est & anima illorum, conficiant, atque orationi liberae & eo ipso intelligibili vim inferre sensumque peregrinum affingere vellemus; Interea non displicet Reformati, si Lutherani in suis persistant sententia, quin hoc ipsam eos bona sua gratia facere posse testantur. Hoc saltem rogant, ne sibi invidiae sit & fraudi dissensus suus, neve materiem odii suppeditet, cum in nostra potestate non sit, quæ credenda sunt, ex prescripto aliorum credere, antequam id nobis etiam ex animi nostri sententia ita visum fuerit.

Atque haec de duabus principalibus controversiis inter Reformatos & Lutheranos vertentibus, reliquæ revera dixeris de lana caprina esse. Quæ enim hi, Lutherani, de communicatione Lidiomatum somniant, eam circa rem profecto ipsi nesciunt, quid sibi velint, tam confusa sunt & obscura, quæ de hoc argumento literis confignovere. Res liqua

liqua ne memoratu quidem digna censeo. Scilicet grande nefas est, si solidum panem, non spumosum & signatum communicamus; si exorcismum in baptismo Infantum, si auricularem confessionem, reficiendo loculo egregium inventum, & puerilia alia, exmedio Papatu deprompta, non observamus, quæ Lutherus ipse certo certius abrogatus fuisset, ni consilia ejus prævenissent & turbassent alli intempestivo calore. Unde vir præceptor sibi laudis & glorie impatiens vel cum damno veritatis æmulis obstiterit maluit, quam ope communis & auxilio Ecclesiam à reliquias fermenti Pontificiū purgare. Hoc Statu manfere partes Protestantium amplius sesquifeculo, neque sane ego facile dixerim, num compositio aliqua controversiarum inter illos optanda sit, Mea certe sententia est, frustre omnem in conciliandis religionibus moveri lapidem, quamdiu opinionibus & sententiis de credendis certatur, agenda transmittuntur. Non dicam hac concordia rei Christianæ non valde consultum fore, qui tamen scopus & finis ultimus esse debet. Hoc saltem pro certo affirmare ausim, quæcunque mihi formulae & symbola confereris, & quantamcumque huiç opera diligentiam atque accusationem contuleris, impossibile fore, neque ulla humana arte aut sapientia evitari posse, quin de illis ipsis novae disputationes & controversiae sint metuenda. neque enim compescere ingnorium intemperiem ulli mortalium li-

cet: neque Principes Protestantes, si vel omnes hoc tempore bona fide & constanti proposito sibi invicem promitterent, se non commissuros, ut quisquam suorum à formula noviter recepta difcedere, vel docere aliud ausit certe poterunt eandem Successoribus suis mentem atque constantiam fore. Capit enim facile novitas homines, neque unquam deerunt, qui prurientium auribus adrepant infidiosis libellis, & statim certamina miscentibus, quibus clasticum canitur ad bellum Civile Theologorum, gentis suâ naturâ præliorum avidæ, nec ferentis diuturnam quietem. Quid igitur confiliï? & num ideo spes omnis de conciliandis religionibus est abjicienda? Si per religionem secessas diversas intelligimus, quæ erunt, donec homines, oleum profecto operamque perdimus. Sed alia & diversa estratio concordia inter secessas illas stabilienda. Scilicet hac una est via & sola MUTUA TOLERANTIA. Esse quidem oportet in unaquaque gente religionem Dominantem quam vocant. Sed haec dominans religio appellationem suam à domino territorii habet, cui ille est addictus, non ut dominetur aliiis religionibus, easque reformat, vel aliis indignis modis vexet, atque ludibrio habeat, uti nunc sunt tempora & mores. Quodsi vero omnino certandum est inter secessas, certemus invicem non inanibus & otiosis quaestuculis, quibus excitantur & foventur similitates, nemo melior efficitur: Sed virtutibus Christianis,

stianis, amore in Deum & proximum, probitate morum, vite sanctimonia, & patientia adversus eos, qui nobis molesti sunt, aut in nos injuriis. Breviter, haec sit nostra militia, ut bellum quisque interneccium indicat suis affectibus corruptis & effrenis: non aliorum opinio- nibus, quas debellare solus Deus potis est. In hac militia & Deo erimus grati, & inter nos concordes flagrante etiam acerrimo bello. Concertationes etiam pulcherrimae erunt, dum quisque ad hostem internum occidendum gladium stringit, atque suo exemplo alios excitat, ad familię facta edenda. Postquam ita nos ante omnia victoriam de nobis ipsiis reportaverimus, auctor suum spondeoque, reliqua circa credenda & opiniones ultra nobis cessura; quas nunc tot motus in omni orbe Christiano concitant. Nam ab sanata primum voluntate dependet maxima sui parte sanitatis intellectus; Nunc omnia inverso sunt ordine. intellectui primo volumus consulere, mores inter postremas curas habemus. Si quem bonis malisque artibus in meam sententiam perducere possumus, is continuo nobis frater est, & Ecclesia nostrae membrum, utcunque de cetero vixerit. Si dissentient a nobis, neque cedere confestim autoritati nostrae & argumentis vult, in eum clamamus ad arma, & impacto hereticorum pertinacis criminis fine misericordia confodimus, cum mea sententia nulla major sit & pestilenter haeresis, virtus pravitate & turpitudine morum, Deus

enim aliquas opiniones minus rectas condonat facile intellectui adhuc nondum ex omni parte depurato, quia bona fide & ex conscientia errare possumus. Sed vitia nostra & malitia condonare non potest, quoniam nullas hic error veritatur, sed quae homines ita secum decernunt, hoc modo comparata sunt, ut si aduersus conscientiam, dum affectus pravi impellunt: simulque ille monitor intimus dehortetur, & damnet, quo pacto dum videmus meliora, probamusque, & deteriora nihilominus sequimur, quae haec non erit gravior haeresis, quam diffensus a quadam sententia Ecclesiae Tuae, vel a tua saltem opinione, cum fieri facile possit, & in omni scientiae genere quotidie accidat, ut quae tibi vera ac proinde affirmanda videantur, eadem mihi alia appareant, cum necesse non sit, ut argumenta quae tibi satisfaciunt, in meum etiam intellectum eandem vim habeant. Unde enim tot velitationes Doctorum, nisi ex hoc dispari intellectus habitu. Quod si tale quid in ceteris etiam rebus evenit, quid mirum, si in divinis non semper consentiamus, ubi homo animalis ex se nihil eorum percipere potest, sed opus est ei interno lumine, non naturali illo & corrupto, sed a Deo per Spiritum suum accesso, si spiritualia recte judicare velit. Praestemus igitur ante omnia nos dignos & opportunos hoc lumen suum naturali, & certi simus, posthaec omnina nobis ex voto successura. Quemadmodum enim sic illuminati, confestim

sum ex rixosis disputationibus mites sunt atq; pacifici, ita nullum amplius periculum erit, illos ad odia, iurgia & persecutio[n]es commotumiri, qui didicere cum ceteris pravis affectibus omnib[us] ambitionem & invidiam exuere: Neque profecto mihi certior est nota & character, hominem internum imperio apud nos potiri, quam ubi errantium est tolerantia, cum dilectione & misericordia. Quin hæc eorum lenitas eo procedit, ut etiam si suos sensus ab aliorum, quos aequo Spiritu Dei regi credunt, sententiis divertere intelligunt, ipsi propterea nemini bellum indicant, sed omnia committant judicio Dei, donec se vel diversum sentientes rectiora docuerit. Neq; præterea hoc eos latet, facile fieri posse, ut in rebus spiritualibus sententiae, quæ nostro intellectui contraria apparent, apud Deum optime inter se concordent, cui liberum est, duobus de una re divina diversos & specie inter se pugnantes conceptus largiri, qui nihilominus ambo veri sunt, quamvis neuter alterius mentem capere possit, id quod inter alia ex animi etiam cujusque dispositione causam habere potest, cui Deus lumen suum accommodat, prout quemque illo dignum reputat. Nam uti in aliis rebus non omnis ad omnia est aptus, ita etiam in scientia spiritualium sunt gradus infimi, medi, summi, prout Deus se pro captu cuiusque unicuique communicare potest, aut etiam pro sua libertate communica-re vult. Scilicet omnis divina sapien-

zia inter homines est à commercio cum Deo, non ab industria nostra, vel aliorum hominum institutione. Docere quidem & discere possumus verba, possumus etiam illa memoria mandare & recitare: sed revera p[ro]fita cortim more, qui non intelligunt quae loquuntur. Etiam coeci de coloribus judicant, sed absque sensatione & oblectamento. Eodem modo se res habet cum omni humana Theologia, qua studiis nostris comparatur; loquimur multa quotidie de rebus divinis: disputamus inter nos magno calore, sepe etiam vera & egredia à nobis dici contingit. Quoties autem viva abest sensatio, oblectamentum atque dulcedo, certissimum est signum, hec non à Spiritu Doctore esse, sensus nostros internos sufficiens & letificante: sed memoriam nostram hic agere, coeco impetu, & si verum aliquando invenerit, fortuito casu. Insignis est impossura nostrorum distinctio inter dona ministrantia & sanctificantia, qua ordinem suum & dignitatem tueruntur, quasi vocatio humana Spiritui Sancto hanc dicere legem posset, ut donis suis & auxilio assistat, quorum vitam & mores fugit. Aliter Christus ad Phariseos: Γεννηματά, inquit, ἐχιδνῶν, πᾶς δύνασθε αγαθὰ λαλεῖν, πονεροὶ δύτες. Matth. 12, 34. impossibile igitur judicat Christus, ut mali & vitæ impuritate infecti Doctores bona & vera loquuntur. loqui autem certe est docere. Quantum autem intersit inter doctrinam

doctrinam Spiritus vivam, & mortuam, quae est ab hominibus, experientur sane illi, quibus utramque audire datum est. Hæc neque loquentem moveret, nec facile auditores, aut si utique hoc aliquando fit, artificio oratoris omnium vis tribuenda est; illa vero ex se percellit, neq; ullius indigit coloris. Ita Capernaiti Christi doctrina affecti fuerat, Marc. 1, 22. *Kαὶ ἐξεπλήσσοντο ἐπὶ τῇ διδαχῇ αὐτοῦ ἡνὶ γαρ διδάσκων αὐτὸν ὡς ἔξουσίαν ἔχον, καὶ οὐχ ὡς οἱ γράμματεῖς,* qui loquebantur sine efficacia & ponderre. Valeant igitur Theologasti nostri, quoties alios veluti *αὐτοδιδάκτους* exagitant qui suis in Scholis tyrocinium non posueri, idem objiciunt quod Iudei Christo apud Iohannem 7, 15, *πῶς ὅιτος γράμματα ὄγδε μη μεμαθηκος.* quanquam His magis excusabiles erant, dum saltē miabarunt, *έθαύμαζον.* cum jam nostri statim rejiciant & dampnet, qui se non laudant Doctores suos & Praeceptores suos aeternum venerandos. Protinus enim debebit ludibriū, & irridebit scurrili acerbitate, si quis de se hoc jam affirmare ausit, quo Paulus apud Corinthios suos est gloriatuſ 1. ad Corinth. 2, 13. scilicet se loqui, *οὐκ ἐν διδακτοῖς αὐθωπίνας σοφίας λόγοις, αλλ' ἐν διδακτοῖς πνεύματος ὅγιοις.*

*πνευματικῶς πνευματικά συνκρίνοντες.* Quoniam enim illi consciū sibi optime sunt, apud se tam magnos Doctores, tantaque mundi lumina nihil esse, quod spiritum sapiat, sed tūmida omnia eruditione & λόγοις αὐθωπίνας σοφίας, ut adeo hoc de se profiteri nequeant, quod Paulus ad Galatas scripsit, se Evangelium suum non ab homine accepisse neque illud cuiusquam doctrinā traditum esse, sed habere ex revelatione Iesu Christi, *ad Gal. 1, 12.* Ideoque invidenter statim & cavillantur, si quem alium, qui non est ex Tribu Levi, offendunt diviniora nec Talmuthica sua loquentem, plane ac si fieri non posset, ut preter se quisquam sit, quocum Christus familiaris convergetur, & cui se interius sentiendum gubernandumque præbeat, non advertentes, liberum esse Spiritum & flare ubique ei libitum, his præcipue temporibus, quando abrogato sacerdotio, filii etiam nostri filiæque, servi item & ancillæ vaticinabantur. Atque ex his arbitror unumquemque nullo negotio intelligere, quanta cum ineptia & absurditate hoc genus hominum iudicium in rebus divinis sibi soli arrogent, atque ex sensuum suorum Lesbia regulatatuere, aut potius imperare velint, quid aliis credendum sit, quid item faciendum? si salvi fieri cupiant; cum ipsis interea à Statu salutari, & gratia longius sèpè absit simplicissimo homine, qui ex animo & bona indole

Deo

Deo placere struderet, etiam si nihil quicquam horum sciverit. Fortassis etiam nihil nimis dixerim, si manifestos peccatores illis prætulerim, uti Christus mæchos, scortatores, furesque regno Cælorum propiores esse affirmavit Phariseis & Legisperitis, tacitus hypocritis, nec suæ corruptionis sibi confisi, dum ordinis sui & Cathedrae Moysis confisi, ad hoc se positos esse putant, ut doceant alios, non ut ipsi de sua emendatione cogitant. Reæstitutio dinem enim doctrinæ circa ea, quæ intellectus sunt, custodire & defendere, sibi esse officii credunt, de vita probitate alios cogitare jubent, quibus ad hoc Studium maius est ocium. Unde inventi eriam sunt ex illa schola homines, qui dicere non erubuerent, sibi incumbere studiosos juvenes doctos saltem reddere, de pietate ipsos aliosque laboratores, neque hoc est sat. sed habent in ipsa sua doctrina, fidem, uti ipsi eam sibi formant, singulæ in negotio salutis omne punctum ferre, vitæ sanctimonia superficiariè saltem opus esse in signum gratitudinis, & inchoativè, cum inter impossibilia sit habendum præcepta Dei servare. Unde mirum non est, tantam ubique corruptionem morum regnare, atque omnes ordines vivere incredibili securitate, quando contentio de frivolis opinionibus & credendorum necessitate primo loco est, puritas animi inter secundas curas refertur, qua disciplina jam sunt omnia Pseudo-prophetarum plena, quos Christus non ex doctrina sua, sed ex fru-

ctibus & operibus nobis cognoscendos atque distinguendos proposuit. Nugæ profecto sunt & artes veteratoriae, excusandis suis vitiis, atque confulendo Cleri honoris inventæ, dum perhibent, de fructibus doctrinæ loqui Christum, non de fructibus vitæ, quo improbo effugio dici nihil poterit à mente & scopo Christi alienius; imo nihil quo proposita cognoscendi signa incerta magis & dubia fiant. Neque enim hæc gentium Doctoꝝ eruditis & sapientibus ad cavendum sibi proponit, sed simplicioribus ad hoc ipsum, ut falsos a veris Prophetis distinguere possint. Quæso enim inter tot difficiles & impeditas quæstiones, inter hæc agmina certaminum & futilem subtilitates, ubi partes inter se pro sententia quisque sua velut pro aris & focis pugnant, sequuntur, ut vicem probrosis nominibus proscindunt, & odio plusquam Vatimano prosequuntur, quis verum à falso nosse poterit, ut de genere Prophetarum judicium ferat, accedentibus ante omnia præjudiciis, quæ ab incububilis cum doctrina nostræ civitatis imbibimus, & quo se liberare eo minus est in potestate nostra, quando illi ipsi Prophetæ omnem lapidem movent, ut quisque suos discipulos contineat in officio, ne sibi examen doctrinae fumant. Enim vero impuritas morum & vitia facile in oculos omnium incurvant, neque quisquam est tam obstegens sibi & vigil hypocrita, quin brevi seipsum prodat, & quid valeat, declareret, si cum ipso paulo attentior fueris versatus.

tus. avaritia, gula, ira, superbia, luxuriae & cetera ita comparata sunt, ut quibus hominibus dominantur, premisse longo tempore non sinant; sed ut reliqua occultent simulatione, certe impatientia, contentus & cupidio vindicandi adeo hunc ordinem obsedit, ut cohibere se nequeant, quin laxent suis affectibus frena, & producant suis indolis fructus. a spinis non colliguntur uvæ, nec fucus à carduis. Bona arbor non fert malos fructus nec bonos mala. Ut fructus utriusque generis, non ex foliis arborum, vel earum externa specie, sed ex ipsa natura atque interna habitudine producuntur, signaque sunt, quid de arbore ipsa sit nobis sentiendum; ita nota, quā malus Prophetæ a bono dignoscitur, non est diversitas cuiusque doctrinæ, cum etiam Prophetæ falsus vera docere possit; sed qualitas operum utriusque, quæ decipere nequeunt, utcunque aliquantulum possint latere: ideoque *cavendum* præcipit Christus, quod attentionem & examen indicat, veluti qui in specula sunt positi, in omnes partes prospiciunt, neque remittere custodiæ debent, etiamsi non una statim alteraque die hostis se conspicendum præbeat. Absurdius ex cogitari nihil certe potest, quam quod nonnulli objiciunt, Prophetam à moribus & vita aestimatum, si malus sit, non esse falsum Prophetam, sed improbum, cum nihilominus vera docere possit. Falsus enim an quis sit Prophetæ, an verus, non à conditione do-

ctrinæ cuiusque dignoscitur, sed ab eo, à quo est missus. Res hic eodem modo se habet, ac in Legatis; Nam falsus etiam Legatus est, qui mentitur dominum, à quo missus non fuit, quamvis omnia secundum ejus Voluntatem egisset. Finge tibi à Principe mitti Legatum ad aliquam civitatem: Hunc vero in itinere ab insidiatoribus occidi, aliumque accepto mandato & commentarii, quæ ille secum habebat, profici si quo alter erat destinatus, ibique omnia ad mandatorum formulam agere: num ideo hunc falsum Legatum non dicemus? imo falsum puto, non impium. impius prædo & latro fuit, dum verum Legatum occidit. Falsus, dum illius personam induit, seque pro Legato gerit, et si omnia illi ex voto fuerint. Quemadmodum etiam est falsus tutor, qui se pro Tute gerit, cum non sit, atque etiam sciat se non esse. Quandoquidem igitur cum impiis Prophetis Deo nullum sit commercium, neque Spiritus Sanctus cor impurum & vitiis dominum regere velit, atq; adeo talis Prophetæ à Deo non sit missus, quem abnegat potius, fugit & execratur; imo quem negat, se unquam novisse. Nemo autem se verum Prophetam gerere possit, nisi quem Deus mittit, & cui Spiritus Sanctus pro commentario est, seu *instrunctione*, ut hodie appellamus. quidni talem non modo *impium*, verum etiam magis & rectius *falsum* Prophetam vocabimus? cum turpitudine vita saltem ad ea pertineat, quæ ut homo

Homo facit; mentitum vero officium propriæ spectet ad Prophetam, quem se falsum gerit, cum à Domino nec missus sit, nec mandatum habeat. Qui humanis vocationibus superbunt, næ illos se aliosque insigniter fallere oportet. Loquimur enim de Prophetis, quales Christus intellexit, & à quibus cavendum jubet. In hoc numero procul dubio erant Pharisei, Scribae & Legisperiti, quibus vocatio non debeat, sed quos nihilominus inter falsos Prophetas referri hic videmus. & cuī tandem usui monitum ut ex fructibus quenque suis cognoscamus, si vocatio humana ex falso verum facere potest? Alias non ignoramus, Humanam illam vocationem in Civitate hoc efficere, ut salem ita vocatus inter suos Prophetæ verus habeatur; neque ipsi de Statu suo & officio controversia moveri poscit, nego vero, huic iudicio Deum etiam teneri. quemadmodum & Patrum nostrorum & nostris temporibus Deus multos Prophetas magnos certe & veros misit, quos Civitates & ipsi illi Prophetæ putativi, cum obnoxios magistratus habent, continuo persecuti sunt & fagarunt, tanta differentia est, inter Ecclesiam illam externam, & Ecclesiam Dei. In hac falsis Prophetis nullus est nec locus nec honos, in illa publico etiam praesidio isti gaudent omniumque pulpita fere implent, noti proh dolor, plus quam par est, ex fructibus suis, quos certe malos, imò pessimos, & quorum putredinem atque

canositatem adhuc magis perspicemus, nisi longum illud pallium, & amplissime manice, vel alia habitus insoliti forma vitium obtegerent, & primo statim aspectu perculpis simplicioribus reverentiam imprimerent, qui haud facile suspicantes fieri posse, ut sub hac theatrali & devota ueste locus simulationi & impuritatibus esse possit. Incipe a summo Pontifice, & perge per omnes ordines; neque etiam nostris parce & deinde judica mihi de veris atq; falsis Prophetis secundum characteres à Christo nobis propositos. Nam ludiibria sunt illæ distinctiones inter officium hominis & ejus vitium, & quæ his familia excogitarunt palliandis suis turpitudinibus. Poluitur enim sanctissimum etiam officium, si ab impuris tractatur, plane uti Harpyæ olim solo contactu corrumpebant omnia, & conspurcabant factore suo, quæ iste volueret pestiferæ involabant, dentibusque suis carpebant.

Sed fortassis inquires, quo haec tota & tam vehemens digressio pertinet? Eo nempe, ut incipiamus sapere, & cum videmus, nullam esse externam religionem, quæ ex omni parte recte se habet, nos deposita invidia simultatibusque moderationi confilia capiamus, atque invicem nos toleremus, memores, quæ in aliis reprehendimus, eadem domi apud nos vel graviora sepe esse, quæ alii reprehendant, cum nulla amplius toto terrarum orbe sit Ecclesia, ab omni labore pura, & ubi falsi Prophetæ juxta bonos

E (6)

non

nonnidulentur, interdum etiam regnent. Quid igitur odisse, persequi & vexare juvat eos, quorum ratio vivendi in negotio religionis cum nostris ceremoniis ex omni parte non congruit, vel quos in omni credendorum genere nobis non consentientes habemus? Intolerabilis est & detestanda arrogantia, ita fidere nostris opinionibus & sententiis, plerunque autoritate magis & adulto prejudicio, quam judicii firmitudine & debito examine nixis, ut confessim omnes damnamus, qui alios sibi sensus in uno altero articulo fidei comparabant, vel ritibus nostris Ecclesiasticis se non conformant, quos ferre satius esset, ut ferimus in quoconque alio scientia artive genere inter se discordes. Non eadem Medici, non Iureconsulti, non Philosophi sentiunt: Curigitur in sola Theologia liber diffensus crimen est! cui nescio quod haereseos nomen velut consecrarunt, cum revera haereses in quovis vita instituto, ubi factiones sunt, inveniantur, & in ipso Saero Codice Haeretici dicantur, non qui diversa opinantur, sed qui diversa à se opinantes ob hoc ipsum damnant, eosque cum ignominia separant, cum exadverbo, si rem probe pensitemus, nulla haeresis dignior sit condonatione & venia, quia in nullam facilius lapsus nec error invincibilior; Divina scrutari homini fere ingenitum. Ait tamen eadem recte & probe nosse non est rationis nostrae opus, quae turbat magis & seducit, quam docet. Spiritualia enim spiritu judi-

cantur, non ratione, & dum mysteria divina incomprehensibilia autem aliter concipi non possint, nisi per similia rerum comprehensibilium, quæ ipsa varia sunt & infinita: quid igitur irascimur, si alter rem ambobus incomprehensibilis præcise sub eodem simili vel tertio non concipiatur, quo ego, cum ille sub conceptu aliis similis æque recte fortassis vel rectius etiam poterit judicare, ut proinde videri mirum nemini debeat, si quis dixerit, sepe alia apparere & inter se pugnantia, de quibus homines aliquando digladiantur, cum interea utriusque sepe eadem sub diversis nominibus aut conceptibus sentiant, atque adeo Andabatarum more pugnant. Esteriam cum desideratur aequitas inter contendentes, quoties unus alteri ex labore & odio nefcio quos errores impingit, & vi quasi obrudit, cum eadem ista in aliis nullo negotio toleraret, vel saltem excusaret. Inter Reformatos & Lutheranos hoc quotidie evenit, quæ non certamina & prælia excitavit controversia illa de Prædestinatione seu absoluto Decreto? Inter ea dum Lutherus si non duriora, atque saltem dura atque atrocia contra Erasmum fervore disputandi in libello suo de servo arbitrio scribit atque defendit, Sebastianus Schmidius ista adeo lenit & excusat, ut si cum Reformatis, hodiernis præcipue, eadem aequitatem & moderationem ageretur, neque monstrosa dogmata ingratias Reformatorum ex male sanis consequentis pessimo exemplo cude-

adeoque illi duas partes constituant, (p) ideo de jure reformati

cuderentur, possemus hac omni hostilitate supersedere, quæ tantos nunc clamores & tumultus ciet. Ita, quando nos Christus manducare panem jubet, quem corpus suum esse dicit, cur non his verbis, huic mandato, simplici fide acquiescimus? cur super modo manducandi, quem nos ignorare ipsi fatemur, tam acerbe litigamus? intelligent haec illi suo ingenio: nobis necessitatem non facient eadem sentiendi, quibus popularior explicatio placet, & naturæ dictiōnis convenientiōr. Neque enim necessaria est consequētia, quia panem ore afflūimus, & dentibus conterimus, ac denique per gulam in ventrem mitimus, ideoque rem de manducaōne Corporis Christi eodem modo se habere. Enim vero his duobus controversiis compositis, aut saltem relicta in iis cuique parti credendi libertate reliqua sane tanti non sunt, ut impediendē concordia causam habeant, aut saltem mutuae tolerantiae obstant. Est persecutio minime omnium res ad hominum conversionem apta: cum si indulgeamus paulatim errantibus, eosque obsequio aliquo demereamur, spes erit eos tandem meliora doctos sua sponte emendatū iri, quos indigna & mala tractatio indurat atque indociles facit. Sic enim natura nobis est comparatum in omni opinationis genere, ut quo durius habemur ab aliis propter diversas sententias, hoc ægrius illas

deponamus, quia haec ratione non videmur ab illis doceri, sed cogi & rapi ad assensum, quæ res à convictione longissime abest, quicquid illi stolidi & insolentes de pertinacia eorum, quos erroris statim convincere nequeunt, conqueri soleant. Atque haec occasione juris reformati sufficiant.

(p) *adeoque illi duas partes constituant*) Status Protestantes utriusque religionis pro una saltem parte habentur, quoties ipsis res est cum Catholicis. Hinc articulo V, sémper fit mentio Statuum utriusque religionis, non trium Religionum. Quando vero inter ipsis Protestantes causa vertitur, & Reformati cum Lutheranis habent, quod disceptent, tum vero dicuntur duas partes constituere, sine tamen præjudicio unionis in ordine ad Catholicos, adversus quos conjunctis animis viribusque agunt, & sibi mutue afflīunt, ut socii unius religionis, quam communī nomine Evangelicam vocant. Ita cum sub initium hujus seculi Reformati in Palatinatu inferiori contra Electorem Palatinum de erectis sibi templis & redditibus quererentur, recte & ex ordine fecere Lutherani, quod illorum causam suam etiam fecerint, consiliaque sua opemque eam in rem contulerint, nihil moti artificio Electoris, qui non modo facta trium religionum mentione hoc pacto separare a se invicem Protestantes est conatus. Verum etiam

Lutheranos multis modis melius habuit, hoc fine, ut eo faciliter illos moveret, ne ratones suas à causa Reformatorum amplius haberent conjunctas. Datum igitur illis Consistorium separatum, potestas facta exercitii religionis sue in Reformatorum templis, & insignis pars de redditibus Prosternantum in usum Lutheranorum versa est; Haec omnia ipsis Statibus Lutheranis improbantibus, qui negabant sibi placere, ut Lutheranis detur, quod à Reformatis per injuriam est ablatum. Posthac vero cum Pontificiorum artes ita non succederent, mutata iterum rerum facies & curante Rege Borussia transactum cum Palatino de Reformatorum causa, atque his restituta templo & redditus, exceptis duabus partibus è septem, quas sibi Catholicí retinebant, quinque partibus Reformatis relictis. Nihil in hoc pacto erat, quo Lutheranorum causa vel mínima re laderetur. Ipsi enim intacta manebant & integra omnia, quae illis ex Westphalica pace debebantur, cum Reformati iacturam facere debuerint insignium jurium & bonorum. Interea nihilominus illis, Reformatis inquam ex hac transactione ingens conflata est invidia, clamantibus Lutheranis in Palatinatu, se numero immensum auctos, nec sibi amplius sufficere oportet ex Westphalica pace assignatus, eum & templo tam numero populo desint, & redditus Pauperibus sustentandis. Ceterum in eo cauti satis erant,

Catholicos aliquid postularent, ex illa præda, quam à Reformatis abstulerent, veriti, animum Electoris per id alienatum iri. Itaque incurabant Reformatis, atque ab illis summa impudentia petebant, ut de relictis suis quinque partibus, quae velut ex naufragio servavere, novam secum divisionem instituant, & quidem aequis per omnia partibus cum ne umbram quidem aliquius jaris, cur hoc repeatant, allegare potuerint. Nam quod de transactione Passavensi & pacis Religiosa in medium attulere, ejus certe causa ipsos Status Lutheranos merito pruduit, cum rerum nostrarum vel mediocriter peritii facile intelligant, in his nihil praediti esse, quo Lutherani in Palatinatu conditionem suam meliorem facere possint. Quamvis enim tempore transactionis Passavensis & pacis Religiosa Lutherani in Palatinatu templis & redditibus Ecclesiasticis, que à Catholicis abstulerent, gavisi sint, quoniam eorum Principes illi religioni addicti fuerant, id tamen possessionem subditorum non perpetuum effecit: quippe hanc rente vere astimantibus statim appeti dicta transactione & pace nihil subditum quaesitum esse, sed omnia Electori & Successoribus, à quibus subditū saltē precario habuerint, ad libitum rursus auferenda, nulla illorum injuria, quam primum Principi mutare religionem placuerit. Quemadmodum igitur si posthac Electores Palatini ad Ecclesiam Pontificiam forte rediissent, ista omnia

omnia Lutheranis subditis talia Religiosa pace auferri potuissent, quod non ita multo post Princeps Neoburgicus fecerat in Palatinatu Iuniore, non ablatis modo omnibus redditibus, sed exactis etiam Pastoribus Lutheranis, atque omni exercitio religionis tam publico quam privato interdicto. Ita certe quando Electores Palatini à cœtu Lutheranorum ad Reformatorum sacra transiere; illis eadem libertas flatuendi de fatis Lutheranorum eo tempore suspetebat, quandoquidem suo iure utebantur, cuius usu nemini faciebant injuriam. Néque enim subditū fuere, quibus transactione Passavensi, & pace Religiosa Tempa & redditus relicti, sed Principes & Status, in quorum gratiam cedere illa Catholicos oportuit. Iti quidem hæc iterum impendebant magnam partem curandis & exornandis suis sacris, sed præterea non cedebant jure suo, aut in subditos illud transferabant, apud eos perpetuo manufrum. Princeps erat dispensator liberius, subditi beneficiis ejus fræbantur, prout quémque religionis favor comminabat. Hinc de jure, de possessione subditorum in his rebus usque ad Pacem Westphalicam altum silentium. ut omnis procuratio sacrorum ad Principe spectabat, ita penes Eundem erat, que Tempa cuicunque communitat, quæ item pensiones & redditus attribueret voluerit. Si nulla esset hujus asserti alii probatio, certè unicum hoc nobis posset satisfacere, quod ex pace

Religiosa subditis diversæ religionis contra persecutionem Dominoruth suorum, quoties illos ad mutanda sacra cogere volunt, non aliud fuerit praedium quam libertas emigrationis, à qua prohiberi non debent. Quid hoc flexibili beneficio opus, & quidem in gratiæ locum, si exercitium fœc religiosis, si tempa, si redditus in potestate sua ipsi habuissent, idque jure suo, nec alieno arbitrio rotabili. Cavet sane Pax Westphalica aliquantulum subditis de libertate conscientiarum. Quod vero ad exercitium Religionis, ut & administrationem atque usum bonorum Ecclesiasticorum attinet, in his pax Religiosa subditorum causa nihil mutat, quod præjudicio Statibus circa jus reformandi esse possit, nam quibus migratio ob religionem imperari potest, illis certe hac in pace nihil erit praesidi pro libertate & commodiis sue religionis. Quod si præterea ad originem reddituum Ecclesiasticorum respicimus, res adhuc clarius fit. Nimirum ante tempora Lutheri, cum in sacris solis regnaret Clerus, neque ipsi Principes contra tam formidolosum Dominatum vel mutare audenter, facile intelligitur, populo nihil esse relictum, quod is fibi arrogaret. dotare Ecclesiæ & opibus beare cuique sicuti: quæ autem semel data sunt, illa deinde attrahere quicunque causa vel le piaculum erat quovis sacrilegio gravius. Supervenit Lutherus, docuitque Principes quid suarum sit partium in regendis Ecclesiæ & censura Ecclesiastici

fiafica. Tum quidem Principes occupare monasteria, reformare Monachorum mores, & redditus eorum ad alias pias causas destinare, que deinde pax Religiosa rata habuit & confirmavit. Sed hic: rerum subditis nihil quæstum, quod suum dicent, sibiique proprium. Illi quidem, qui unam cum Principe religionem profitebantur, uti hac cura & beneficio poterant ad suorum sacrorum commoditatem, ne cogerentur novos sumptus facere; de cetero in jure & potestate habebat nihil. Imo statim rursum omnia amitterebant, cum Domino placuerit mutare religionem, qui hæc ipsa ad sua protinus sacra transmettebat, nulla subditorum alia injuria vel querela, nisi quam dolor ex hac mutatione conceptus: tum periculum novæ reformationis, denique quod molestum erat prioribus commodis carere, ferebat secum, uti semper fieri solet. Itaque ut in casu nostro maneamus, si cuti cum Principes Electores Palatini à sacris Pontificiis ad Lutheranorum doctrinam transiere, Templis & redditibus Ecclesiasticis usi sunt suo arbitratu, pulsis Catholicis, quos hæc post pacem in primis Religiosam ferre oportuit; ita certe cum deinde à Lutheranis ad Reformatos descivere, eodem jure ista omnia illos sunt secuta, relicts Lutheranis, quorum usus subditis ad breve tempus saltem erat precarius, res ipsæ in Principis patrimonio. Neque enim illa satis valida ratio dari potest, cur Principibus Palatinis hec à Catho-

licis antiquis Possessoribus, & qui titulum certe ex majorum pietate & devo- tis donationibus habebant, auferre licuit: à Lutheranis vero subditis nullo titulo, nulla causa possessionis nixis, non licet amplius auferre, quibus ne pax quidem Religiosa, inter eos Catholicos & Protestantes Status inita, opitulabatur. Imo quos oppugnabat potius data Statibus reformati religionem libertate nullis legibus circumscripta, ut Lutherani, ex quo Principes Palatini Reformati facti sunt, in beneficium & gratiam imputare debuere, si quos apud se tolerarint, cum expellere omnes potuissent. tantum abest ut ex pace Religiosa cum Principibus suis de Templorum & redditum proprietate contendendi jus vel actionem habuerint. Atque hec à tempore pacis Religiosæ usque ad Westphalicam pacem sic duravere, quo spacio mirum non est, si quæ Lutheranis subditis sub Principibus Reformatis molesta multa & ingrata accidere. Hæc enim fata mutatio Domini in religione plerumque habet: neque est cur hoc agris ferant Lutherani, quam cum Neoburgicus defectione ad Romanam Ecclesiam in omni sua Norica terra religionem Lutheranam funditus extirpavit, omnesque subditos suos gravi edicto patria expulit, qui imitari Principem suum eodem transfugio noluere. De his jam nemo Lutheranorum quæritur, nemo ex pace Religiosa vel transactione Passavienti Templo & redditus à Catholicis

tholicis repetit. Omnis invidia in Reformatos derivatur, Hi soli arguuntur rerum per vim ablatarum: soli accusantur injuriarum & rapacitatis; in hos solos scribuntur ingentia volumina, publicantur & disperguntur per omnem Europam libelli supplices, pleni mordacitatis, virulentiae, & calumniarum: Denique in hos solos literis circulatoris, impudentia hypocriti scriptis concitantur Principes Christiani, & tantum non ad arma vocantur contra Reformatos in Palatinatu induenda, tanquam Hi Lutheranis subditis per summum nefas suas rapuerint. O falso Zelum, & diros clamores, quos sola habendi aliena cupido tollit, simulata Dei causa satis male tecta, qua ceca agendi ratione illos sibi ipsos maxime nocere constat; quod jam videbimus.

Cum per Westphalicam pacem restitutio Electoris Palatini fieret, qua actio magna Tractatum pars fuerat, restituti sunt non modo Electores & Principes Palatini, sed & subditii eorum in certum Statum, quo ante motus illos fuere. De Principibus jam nihil attinet dicere. Inter subditos distinctione facta est. Cum enim semel placuisse totum Palatinatum inferiorem Electori Carolo Ludovico eo statu in Ecclesiasticis & politicis restituere, quo ante motus Bohemicos à Patre eius Friderico V. possessus fuerat, ideoque primo Catholicis magnitudine iterum fuit, qui per bella cilia regionem omnem occupaverant.

Mansere igitur soli quidem Protestantes, sed diversa paulisper conditione, & aliqua inter Lutheranos & Reformatos differentia. Illi art. IV. §. 6. restituti sunt cum Principe suo in omnia Ecclesiastica & secularia bona, quibus ante motus Bohemicos sunt gavisi: & quidem in specie §. 13. ut fruantur *Amnestia generali supra descripta, pari cum ceteris in ea comprehensis jure, & singulariter transactione in puncto guvaminum plenissime.* His, Lutheranis, qui §. 19. nomine *Augustane Confessionis Confertum* à superioribus i. e. Reformatis, distinguuntur, servatur Status ratione templorum anni 1624. & de cetero eis liberum Religionis exercitium tam publicum quam privatum conceditur; ubi cunque & quotiescunque voluerint aut desiderarint. quod tamen ita intelligendum, ut suis sumtibus habeant, sine Reformatorum onere. Atque hoc Statutes utrinque mansere post pacem executam per dimidium seculum. Nam Reformati Electores ad hanc legem omnia statim domi circa religionem dispensabant; quin primus etiam Successor Catholicus Philippus Wilhelmus ad eandem regulam res admixtrabat, paucissimis exceptis, quae tolerari aut dissimilari facile poterant. At Elector Iohannes Wilhelmus hic in gentem mutationem orsus est, non modo instituta ubique fere locorum religione Catholica, verum etiam templis & redditibus Reformatorum in usum Catholicorum arreptis & occupatis. Excitatigitur  
hæc

hac res ut par erat omne Protestantium Nomen, qui in Comitiis consilia contulere sifendo huic torrenti, qui toto Palatinatu omnia jam inundabat, mergebatque Ecclesiæ Evangelica fortunas. Hinc literis cum Electore liberæ expoſtulatum, & cum reſponſa ejus non ſatisfacerent, miſſa etiam Legatio curante tum Electore Brandenburgico, nunc Boruſſia Rege. Hic Elector Palatinus unitas corporis Protestantium vires veritus fū deſtinaſt ſua feliciſius ſucceſſura ſperabat, ſi inter eos diſidia ferere poſſet, aliquo comodorum reſpectu. Itaque ad Lutheranos foventos demerendosque adjecit animum qui minori in Palatinatu numero facilius poterant ſatiari ex Reformatorum manubii, quarum maxima pars Catholicis ferabaratur. Sed hoc Conſilium eveniū caruit, Lutherani Statibus in coniunctione cum Reformatiſ firmis, & monentibus ipſos Lutheranos in Palatinatu, ne ſpe & deſiderio praefentis alieniſ Lucelli cum iuſtria & danno Reformatorum conditionem ſuam veſſent meliorem facere, illis ſubactis handiaturam: qua admonitione cum unuſ alterarē ex ordine Eccleſiaſtico ibi non moveretur, ſed Sirenum cautibus nihi- lominus preberet aures, publico decreto teſtati etiam ſunt, quātropere ſibi hæc reſ diſpliceret. In hac coniufione reſ manſere uſque ad annum 1705, quo Regi Boruſſia oblatā occasio eſt, ſuper Reformatorum cauſa & Statu cum Electore tranſigendi. Erat au- tem ſumma illius transactionis, ut omnia templa & bona Eccleſiaſtica Reformatorum in ſeptem partes aequales diuiderentur, ex quibus duas Catholici ferrent, quinque aliae Reformatiſ relinquerentur. Excepta adhuc fuit ſub Clausiſ Rysvicensiſ colore Praeſectuſ Germersheimenſiſ, qua Catholici ſoli tamdiu fruerentur, donec conſarret, quid de illa futura pace fiet. Quod ad Lutheranoſ pertinet, illis ſervata omnia & illibata, quorum ex pace Westphalica petitio eſſe potuit, ut hac ratio ne ne obſculum quidem perdiderint, cum Reformatoſ oportuerit jacturam facere diuarum partium ex ſeptem. Neque iſta clam Lutherani facia, ſed inter tractandum fincera fide cum illis communicata omnia, petitumque ut ſi quid præterea haberent quod deſiderent, id Regi Boruſſia curarent in tempore exponi. Tandem nullo accepto reſponſo mense Novembri dicti anni 1705, abſolutum eſt negotium & utrinque ratihabitum. Vix autem iſta innotuere, cum ingentes clamores toluntur, & magni queſtuſ ubique fiunt de iuſtria hac conventione Lutherani illata, cum responderetur, oftenderent vel casam vel tugurium, quod eiſi hoc paſto adimeretur: indicarent obulum, qui illiſ ita periret. Reformatoſ de ſuo tranſegiſſe: Lutheranorum reſ omnes in ſalvo eſſe; replicatum fuit, ſibi templi Reformatorum jam eſſe ex eundum, que ab quatuor vel ſummum quinque annis Electoriſ Palatini gratia cum

cum

cum Reformatis communia habuissent. carendum etiam sibi multis redditibus fore, quos Idem Elector ex Reformatorum facultatibus ad suos usus destinaverat. Cum porro quereretur, quodnam id jus esset, quæ æquitas, ex Reformatorum bonis sibi satisficeri vellet, & quid rei Lutheranis in facultatibus aliorum, denuo responsum, se interea magno numero auctos supra quadraginta millia capitum exercerisile, quibus in sacris recte instituendis non sufficiat amplius exiguis ille Pastorum numerus, qui ante hæc tempora fuerat: ideoque cum ipsis majore copia sit opus, nec habeant unde omnes sustententur, æquum esse ut sibi Reformati ex eo, quo ipsi abundant, succurrant, & minimum ea non repeatant vel auferant, quibus beneficio Electoris jam fruantur. Hic testabantur Reformati, se Lutheranis ex animo bene cupere, omniaque facturos, quæ à se fieri possint, sine luculento Ecclesiarum suarum damno & incommodo: sed de redditibus jactare nihil posse, quí ad suas necessitates sibi non suppetant, postquam Catholicis optimam eorum partem projicere oportuit, ut salvarent reliqua. Ideoque huicjecturæ sarcenda & subveniendæ in opia se ubique fere in terris Reformatorum stipem quotannis colligere cogi, facilem esse conjecturam, si Lutherani tanto numero in Palatinatu sint, quanto Reformati esse debeat, & quibus summis opus sit ad omnes necessitates subministrandas. Esse sibi

Senatum Ecclesiasticum: esse quí rationes administrent, esse trecentos & ultra verbi ministros, neque hos adl. uè Ecclesiis sufficere, esse templa, quæ par-tim sarta tecta servanda, partim resi-cienda, partim vero à ruderibus denuo extruenda sint; rogare iam omnes æquos rerum estimatores, quo jure qua-veratione tanta apud se indigentia posci possint, ut quibus sui vitam vix tolerent, ea in usus aliorum patientur ero-gare? in primis gratia illorum, qui contra Reformatos & in eorum perniciem cum Catholicis consilia conferre non dubitarunt, & apud quos si fecisset, jam illi toto Palatinatu forte exterminati fo-rent. Quodsi Sacra Lutherano:um hoc tempore illis opibus, quibus ex Westphalica pace gaudent, pro neces-sitate fatis nequeant sustentari, non esse quod à Reformatis petatur; ipsis vi-dendum esse quæ ratione huic indigen-tiæ consulant, quemadmodum etiam Reformati apud se curam relinquant nullo ex publico subsidio, par igitur esse ut eodem jure utantur, quod in aliis statuunt. Si tantum hominum in Palatinatu habeant, non difficile fo-re, corrogare ab illis, quod usus sit; nam multos etiam pauperes aliquid con-ferrendo, summam facere: & cetera, quæ ex occasione hinc inde differebantur. Cum itaque Lutherani in Palatinatu inteligerent, se hoc modo nihil profice-re, neque Reformatos speciosis movere verbis, quos præterea ne dignati quidem sunt, ut ab iis aliquid gratuito peterent,

peterent, hac omni re acerbis contra illos scriptis ad Status Lutheranos derivat, ut causam eorum agerent: ad aliud consilium animum adjecere, quo sibi visi sunt omnia Reformatorum bona in Palatinatu se afflere sibi ex jure manu consertum egregio invento posse. Scilicet negabant Statum anni 1618. & 1624. inter Reformatos & Lutheranos ibi locorum jus dicere de bonorum Ecclesiasticorum atque Templorum proprietate: Illius enim anni conditionem Reformati plus aequo esse opportunam & pinguem. Hujus vero sibi, Lutheranis, nimium gravem & adversam. cum eo tempore Catholici per arma omnia obtinuerint, ideoque sibi de alio Statu esse propiciendum. Hic dabant Reformati optionem an suo anno decimo octavo, vel altero illo pace Westphalica pro norma ipsis posito, uti vellent. Sed neutrum placuit, cum viderent, neutrum desideris suis satisfacere. Quid igitur faciendum erat, quid excogitandum, ut cupitis suis potentur? Videte ingenium nescio cuius hominis caufidici, qui illos hac anxietate liberavit, nodumque solvit, quo constricti videbantur. Succurrebat nempe, tempore transactionis Passavensis, & pacis Religiosae Lutheranorum conditionem in Palatinatu longe fuisse meliorem, quando Electores habuere sua religionis: itaque aequum esse dicebant, hunc sibi Statum restituiri, ad cuius habitum cum Reformati deinde contendenter. Praeclarum certe & luculentum auxilium, de

quo sibi procul dubio vehementer gratulati sunt. Sed forte adversa eorum fortuna, de duobus non subiit cogitatio; primo, statum transactionis Passavensis & Religiosae Pacis jam nulli amplius opitulari, quam quousque pax Westphalica non repugnat: Deinde que duabus his legibus circa religionem sudditis indulta sunt vel quæsita, hoc uno contineri beneficio, ne cogi à Dominio territorii ad mutandam religionem possint: sed ut emigrare eis liberum sit, venditis rebus vel secum ablatis. Reliqua omnia iura circa Religionem in potestate Statuum relicta, tam amplio reformati jure, ut imperare emigrationem subditis potuerint, qui ob diversa sacra sibi displicent, ad tolerantium enim nullo pacto erat obligatus, nedum ut ferre eos debuerit, secum in negotio Religionis de hoc vel illo jure contendere gestientes. Quemadmodum igitur si Electores Palatini ex quo Lutheranam religionem profecti sunt, deinde ad Sacra Pontificia iterum descivissent, actum certe per pacem Religiosam de Lutheranis fuisse, neque illos alia manfissent fata, quam Neoburgicos principio superioris seculi manfere, quosa reformatione pax illa defendere nequivit. Ita sane, quando illi se Ecclesia Reformatorum addixere, relictæ Lutheranorum doctrina, quid habent subditi Lutherani, quod ad Passavensem transactionem, ad pacem Religiosam provocent, præcipue post tantum temporis

temporis intervallum, & cum interea Westphalica pax multa in superiori Religiosa mutarit? imputabunt hoc potius fortunae sue, quod tolerati suis que conscientis relicti fuerint. sed legem Principi velle dicere, ne suo sed alieno arbitratu, de religione & iis, qua illuc pertinent, statuat, id vero insignis impudentia & temeritatis est signum, quories lex non obfit. Imo quid impudentiam dicam: Sicut impudentia assidius fere est comes imprudentia, ita in hanc etiam mira cecitate lapsos esse illos hodie in Palatinatu Lutheranos, quis negare ausit? Quid enim est esse imprudentem, si hoc non est, renunciare legi per Pacem Westphalicam suo bono latet, & appellare Religiosam pacem, in qua subditis nullum praefidium. Ita cum caufam suam ex hac protinus perdunt, quod minimum est malum, illi vero, paci inquam Westphalicae, repudium mittunt, quis non advertit ipsos se maximis periculis & columnis infidiantur futuro tempore exponere. A Reformato qui dem quod valde metuant, nihil est. Sed meminisse debent sub Catholico Principe se nunc vivere, qui non facile occasionem negligeret nocendi Protestantibus, si bonis modis & aliqua juris specie fieri poterit. Quod si nunc Lutherani in Palatinatu relicta pace Westphalica ad protectionem Religiosam confugiunt, in aprico est, quanto in discrimine hac ratione verterentur. Dum enim hac renunciatione amit-

tunt, quæ eis ex tabulis pacis Westphalicae art. 4. §. 19. competunt iure & beneficiis: omne auxilium, quod in Pace Religiosa querunt, hoc erit, ut conscientia libera, & falsis bonis, quæ propria quisque habet, emigrare alio possit, quod o habitum eis est. cetera relinqua sunt. ita dum Templa aliorum, dum scholas & redditus captant, de suis periclitantur. Nec proderit exceptio, se ad Pacis Religiosa fidem configere, quando saltem sibi cum Reformati res est: adversus Catholicos Westphalica usuros. Primo enim Pax Religiosa, quanta quanta est, inter Catholicos & Protestantes tota veritur: de controversiis Protestantium inter se ne verbum quidem. Deinde valde vercor, ut Catholici sibi haec distinctione satisficeri patientur, qui vix ferent hanc Lutheranorum defultoriam astutiam, ut pax Westphalica sibi solis obfit, cui illi odio Reformatorum renunciavere. Denique manifestum est, quia Pace Westphalica art. 4. §. 19, Lutheranorum caufa paæ sunt, metu Reformatorum ita placuisse, ne scilicet Principes Electores Palatini, qui tum, quando illis Palatinatus inferior restituiebatur, Reformatæ religioni erant addicti, obtenui juris reformandi nocere Lutheranis subditis possent. Constat hoc ex tota Pacis actione, Suecias præcipue auctoribus, à quibus illi Lutherani opem petebant. De damno itaque saltem vitando, non de captando lucro tunc certabatur, neque hoc un-

di inter utramque ita ita conventum est, (q) ut si aliquis Princeps

quam actum fuit, ut Reformati sua au-  
ferrentur, sed ne Lutherana certi que-  
dam Templa & exercitium Religionis  
perderent. Cui enim bono alias resti-  
tutio Reformati facta? cui fini tam  
exacta Templorum descriptio ad sta-  
tum anni 1624, redacta, si Lutherani  
toto Palatinatu ex Religiosa pace jus ut-  
tendi fruendique in omnibus aequa lan-  
ce haberent? neque hoc etiam est dis-  
simulandum, redditum ne quidem  
mentionem fieri, quid igitur his fiet,  
quos tamen illi in primis appetunt, &  
quorum causa tantos clamores tollunt,  
tantam Reformati invidiam faciunt,  
editis in eos iuratis bile & amarulentia  
plenis. ut jam de falsis imputationibus  
& captiosis calumniis taceam, quibus  
ad fulciendam malam causam uti nulla  
eis religio, nullus pudor est, quae tamen  
artes minime omnium sacram ordinem  
decent. Sed de his satis, occa-  
sione verborum nostrorum, cum Pro-  
testantes duas partes constitutre dicun-  
tur, quod hoc uno exemplo nimio plus  
illustratur.

(q) ideo de jure reformandi inter  
utramque ita conventum est.) Quid  
inter Protestantes & Catholicos de ju-  
re reformandi fuerit conventum, arti-  
culo V. §. 30. & seq. satis est declara-  
tum; jam sequitur conventio de jure  
reformandi inter ipsos Protestantes  
quatenus duas partes constituant: u-

nam scilicet Reformati, & alteram Lu-  
therani. Difficilis erat & impedita  
hujus negoti tractatio, cum ob diversa  
partium studia & respectus: tum ve-  
ro ob clandestina Theologorum con-  
silia & artes. Ante omnia male habe-  
bat Lutheranos, cum viderent Electori  
Brandenburgico multas & egregias re-  
giones pro satisfactione cessum iri, quæ  
omnes in Sacris suarum effient partium.  
Verebantur igitur, ne illas Princeps  
Reformatus hoc jure turbaret in sua  
religione aut saltem religionem Refor-  
matam juxta introduceret cum dis-  
pendio alterius sumptis templis & redi-  
tibus occupatis. Igitur initio varie  
formulae proposita, ut huic metu oc-  
current, quæ omnes eo tendebant, ut  
pro viribus in ordinem cogerent licen-  
tiā circa hanc rem. ac initio quidem  
tentatum, anillos plane hoc jure re-  
formandi possent dejicere, quod ta-  
men sibi integrum cupiebant retinere:  
sed hac re minus ex voto procedente  
per Brandenburgici & Hassi constan-  
tiam; quibus indignum est vistum, &  
nullo modo ferendum, ut Lutherani si-  
bi legem dicant, quam ipsi recipere re-  
fusent; eo denique desensum est, ut  
inter utramque partem aquis condi-  
tionibus transfigeretur, ut quod uniparti-  
ti justum, alteri quoque sit justum.  
Variatum tamen non nihil in verbis  
conceptis, dum alii alias formulas in  
medium

ceps (r) vel alius Territorii Dominus, (s) vel alicujus Ecclesiæ Patro-

medium proferunt, paratis Reformatis omnes acceptare; modo aq[uo] jure secum ageretur, t[em]p[or]ibusque de nulla se reminus cogitare, quam de reformatione: i quod[em] Lutherani eandem mente induerent, transig[er]e & vestigio posse. Sed tenuit nihilominus res aliquandiu, ip[s]is Lutheranis non satis concordibus Mitia & moderata suadere Brunsvicensis. At Saxo paulo duriora velle, nescio quo Zelo, qua viae religionis prærogativa. Initio Sueci hoc medium proposuere, ut quibus regionibus & locis Reformati de presenti jam imperent, in iisdem pari cum Lutheranis jure reformandi utarintur: nihil innovatiori apud eos, quos posthac quounque tituli adipiscuntur. Legatus Magdeburgicus Einfidelius rem paulo alteri complectebatur, ut scilicet Reformati iisdem quidem cum Lutheranis juribus, que ex pace Religiofa derivantur, gaudere debeant, sed (1) salvis pastis & rever- salibus de religione ejusque exercitio- cum subditis irris, & (2) ut si posthac aliquam terram Lutherana religione imbutam ad Principem vel Statum Reformatarum religionis, vel vice versa, devolu- ri continget, neutra pars nisi ex con- fersu reformationem suscipere possit. Nec multum ab hoc diversa Lampadii sententia, quā censebat, si Provin- cia ubi illo tempore Reformata reli-

ligio exercebatur, ad Statum Lutheranum jure successioni vel alio titulo pervenerit, æquum esse, ut maneret quidem stabilitum exercitium publicum, sed simul etiam licet exercitium publicum religionis Lutherana introducere, id quod Altenburgici & Vina- rienses paulo distinctius exposuere, scilicet nullam in Principatu vel re- gione, Lutherana religioni addicta, à Successore Reformato in publico exerci- tio fieri mutationem debere. In curia vero sua illum successorem habere posse concionatorem aulicum sue confessionis. De cetero exercitium publicum religio- nis illo loco nondum introducere aluer non admittendum, quam consentienti- bus Provincialibus Statib[us]. Enim- vero etiam, verso casu, in terris Re- formatarum religionem amplexis, Nobili- bus, Civitatibus & Communitatibus Augustiane Confessionis facultatem con- cedi oportere, habendi concionatoriis sua religionis. Atque hoc pacto Lu- therani ubique laborabant, ut Refor- matorum Statuum subditis, qui sua Re- ligionis sunt, optime consulerent. Tandem in hanc legem; uti hoc articulo descripta est, conventum, quam si cum superioribus formulis conferre velis, vel primo statim intritu patebit, quid retentum ex illis, quidve rejectum fuerit.

(1) ut si aliquis Princeps) Nomine  
F 3 Prim-

Patronus (t) posthac ad alterius partis sacra transferit, (u) aut Principatum, aut ditionem (x) ubi alterius partis sacra exercitio

Principis hic omnes Status intelligo, religioni Protestantum addictos, ut Electores, Princes, Comites, Barones complectatur.

(s) vel alius Territorii Dominus) Quamquam Ordini Equestris, qui non sunt Status, hanc unam ob causam jus & dignitas superioritatis Territorialis à multis Scriptoribus dubium redditur, hic tamen ego Territorium paulo laxius sumi crediderim, ut hic etiam ordo includatur, qui alias per totas fere Pacis Tabulas in negotio Religionis Statibus Imperii tantum non in omnibus est equiparatus, nam si, quod sequitur, quicunque alius Ecclesiae aliquius Patronus eadem conditione est, facile appareat, Nobilibus controversiam moveri non posse.

(t) vel aliquis Ecclesiae Patronus) De Patronis Ecclesie in superioribus suo loco est dictum. Sed mirum, hic de Patronis Ecclesiarum circa usum juris reformandi aliquid statui, cum certum sit, jus reformandi talibus Patronis non competere; vide art. 5. §. 44. & que ad illum locum dicta sunt.

(u) posthac ad alterius partis sacra transferit) Hoc loco duo proponuntur casus, unus mutatio religionis, cum quis à Reformationis sacris ad Lutherana, vel ab his ad illa transit: cuius rei exempla de Statibus, ap. multa habeantur.

mus dubito. Nam in qua unusquisque Ecclesia ab unguiculis est educatus, atque sua sancte amorem, velut cum lacte materno imbibit, de ea mutanda fortibus prejudiciis irretitus, non facile ex ductu conscientie cogitat, antequam respectu quorundam commodorum incipiat paulo attentioner esse, & fidem illis habere, qui tam egregii argumentis nos oppugnant. Haec Pontificiorum sunt arma, quibus nos debellari patimur, cum divitiae & opes hujus mundi nobis ostenduntur. Sed in primis splendidissima & opima sacerdotia ecclesia in hamo aureo sunt, quo nunc se homines eadem facilitate capi patiuntur, ac Lucianus quandam Philosophos suos de muro pincatus est. Apud nos tenuia omnia & egestate sorrida. Vix Princes familiæ quisque sine ob angustias domi res cum aliqua dignitate solende sufficiunt, ne dum ut alios honorum opumque ostentatu allicere possint, que una res profecto facit, cur Pontificii tanto successu nostris insidentur, nos è contra nihil habeamus, quo eis salivam movere licet.

(x) aut Principatum aut ditionem) Alter casus; cum Princeps regionem vel terras quoquaque titulo acquirit, ubi sacra alterius partis vigent.

(y) ubi alterius partis sacra exercitio

citio publico de præsenti vigent, (y) seu jure successionis, (z) seu vigore præsentis Tractatus Pacis, (a) aliove quoconque titulo naetus fuerit, (b) aut recuperarit, (c) ipsi quidem concionatores Aulicos suæ Confessionis (d) citra subditorum onus

*citio publico de presenti vigent*) Nam si sacra publica ibi vigerent, quibus ipse novus acquirens jam est addicetus, eadem sic etiam manere debere rationi & paci est consentaneum. Requiritur autem, ut sacra alterius partisibi vigeant (1) publico exercitio; & (2) de presenti. Quid sit exercitium publicum jam alio loco est expositum. *de presenti* autem hoc sibi vult, ac si dictum esset, tempore facta pacis, ex quo liquet, terminum anni 1624. non esse positum controversiis terminandis, que super exercitio Religionis inter Reformatos & Lutheranos vertuntur, sed rem de presenti & uti se habuit, quo conventa haec fuere, esse astimandam, nam in futurum nihil debetur, nisi quod Principi aut Domino territorii ex gratia largiri voluere est. Atque hoc loco excularunt se haec tenus Lutherani, atque civitates in primis Imperiales, quoties actum cum illis de mutua tolerantia & exercitio quodam religionis apud se indulgendo, quod Reformati cives suis sumtibus sustentarent, nullo eujusquam ex Lutheranis onere. Prebuere hac in re ante alias Civitates haec tenus se difficiles Noriberga, Francofurtum & Hamburgum, quibus ista tolerantia nulla ratione, nullo proposito

commodo persuaderi potuit, quamvis Reformati offrerent, se eadem indulgentia & oblatione cum Lutheranis apud se acturos, quo certe pacto illi longe majus compendium facerent in sua religione promovenda, quam Reformati nocent illa invidentia & repulsa.

(z) *seu jure successionis*) quo etiam refero pacta confraternitatis, & quoconque alia certum in casum mortis aut familiae deficientis inita.

(a) *seu vigore presentis Tractatus pacis*) uti fuere, que in Brandenburgicum & Hassium, vel alios pro satisfactione aut in locum indemnificationis pax contulit.

(b) *aliove quoconque titulo naetus fuerit*) i.e. emtione, ut non ita primi Elector Brandenburgicus acquisivit Comitatum Tecklenburgicum. Legato, jure pignoris, & denique alio quoconque, uti hic dicitur.

(c) *aut recuperaris*) sive armis, sive jure & actione.

(d) *Ipsi quidem Concionatores Aulicos sue Confessionis secum atque in Residentia sua habere liceat*) Residentia vel pro domo Principis accipitur, vel pro urbe ubi Princeps domum habet. Hunc ultimum sensum hoc loco mallem, neque enim ferendum sacra Principis

aut præjudicium; secum atq; in Residentia sua habere liceat, (e) at fas ei non sit, (f) vel publicum Religionis Exercitum, (g) Leges aut Constitutiones Ecclesiasticas, hæc tenus ibi receptas, immutare, (h) vel templo, scholas, hospitalia, aut eo pertinentes reditus, pensiones, stipendia, prioribus adimere, (i) suo-

cipis facello aliquo includi, & intra parietes arcis vel domus sue constringi, eorum usu illi tota reliqua urbe interdicto, si commodius ibi vacare devotioni sua posset, modo reliqua observet & præstet, que sequuntur;

(e) *cetera subditorum onus aut præjudicium*) Prima conditio, ut Princeps exercitum sue religionis propriis sumtibus instituat, neque propterea subditis ullo modo sit molestat vel oneri. Quod vero de præjudicio additur, generalius est, & quamcunque videtur molestiam significare, qua subditis novæ religionis institutione incommodatur. id quod tamen ita non est intelligendum, ut præjudicium illud ex sola æmulatione aut metu seductionis æstimetur, sed verum præjudicium esse debet, cum mea libertati aut juri quæsite nocetur, vel cum alio pacto mea revera intereat, ne sacra recens introducta eo modo fiant, quo Principi vim.

(f) *at fas ei non sit*) altera conditio, que videtur plenius explicare, quid pacientes per præjudicium intelligere volvere.

(g) *vel publicum Religionis exercitum*) Igitur primo cum præjudicio

subditorum foret, si Dominus publicum religionis superioris exercitum mutaret, quod alias jure reformati fieri posset, cum terminus anni vigesimi quarti pro statu rei mansura positus non fuerit, quoties inter Status Protectantes lis vertitur cum subditis.

(h) *Leges aut Constitutiones Ecclesiasticas, hæc tenus ibi receptas immutares*) Deinde non licet Domino Leges & Constitutiones Ecclesiasticas receptas mutare, quatenus illæ ante haec temporæ pro comodis alterius Religionis latæ sunt, & rationibus subditorum, illi religioni additorum, inserviunt. Verbum autem hæc tenus iterum refero ad tempus conclusa pacis: imo ad illud etiam tempus, quando Dominus succedit in illas terras. Nam etiam id, quod post pacem introductum est autoritate ejus Domini, qui tum imperabat, sub voce illa, hæc tenus, comprehensum arbitror.

(i) *vel templo, scholas, hospitalia, aut eo pertinentes reditus, pensiones, stipendia, prioribus adimere*) Tertium est præjudicium, si quæ subditi templo, scholæ, hospitalia & eo pertinentes reditus, pensiones, stipendia habebant, illæ ceteris auferrentur, & in usus alios converterentur.

suorumque sacrorum hominibus applicare, (k) vel juris territorialis, Episcopalis, Patronatus, aliove quocunque prætextu subditis Ministros alterius Confessionis obtrudere, (l) ullumve aliud

terentur. Nota igitur, his verbis (1) exercitium quod vocant, sumultaneum in templis ex gr. Lutheranorum subditorum Principi reformato in usum illorum, qui sive religione sunt addicti, instituere illis invitatis non licere. Neq; (2) Lutheranos subditos teneri, in hospitalia sua Reformatos recipere, neque (3) scholas suas cum Reformatis ita communes habere, ut ibi etiam Reformatorum liberi secundum instituta religionis Reformatæ erudire liceat. Reditus etiam (4) & pensiones ad ista loca pertinentes Lutheranis in solidum ad usum suos relinquuntur, de quibus participare Reformatos non est concessum; & denique (5) stipendia haec tenus in Lutheranos solos erogata manent apud eos integra, nec Reformati eorum petendorum etiam jus habent, etiam si Dominus eis haec in re gratificare maxime vellet. neque hic verbum *adimere* mea sententia cavillari licebit, eo sensu, ut nisi totum auferatur, partem delibare non sit prohibitum: nam illud etiam adimi intelligitur, cuius parte privamur.

(k) *suorumque sacrorum hominibus applicare*) non itaque excusatur Dominus, si dixerit, res sacris semel dicatas se non auferri, sed usui eorum relinquiri. Neque enim hoc sufficit, sed

opus præterea est, ut apud illam religionem maneant, quæ hactenus ibi in possessione utendi fruendi fuit.

(l) *vel Juris Territorialis, Episcopatus, Patronatus, aliove quocunque prætextu subditis Ministros alterius religionis obtrudere*,) Hoc minime communium licere debet: facile enim intelligitur, de altera religione actum protinus fore, si hanc ei vim inferre licet. Sermo enim hic saltem est de religione, quæ opinionibus & articulis credendorum constat, ubi suo quisque sensu utitur, quem non multo tempore exuent homines, si contraria doceantur. Sicut enim aviculae ad fistulæ modum canere doctæ, artem brevi descendunt, nisi continuo sint, qui praecinant, & eadem chorda semper obrerent: ita cum religione & hominibus, qui illam profitentur, eodem fere modo est comparatum. Obliviscuntur facile priorum institutorum, seque ad aliena accommodant, si veteres praecantores cessent, & sint alii qui diversa canant. Inprimis vero acuendis quotidie animis opus est, ut controversias pro concione audiant, quanto maximo impetu & calore fieri potest, agitatas: ut videant concionatores suos pulpita manibus frangentes & in alteram partem probris, conviciis, mendaciis quam

aliud impedimentum aut præjudicium directe vel indirecte alterius sacris afferre: (m) ut hæc conuenio eo firmius observeatur, (n) liceat hoc mutationis casu (o) ipsis communitatibus præsentare, vel quæ præsentandi jus non habent;

nomi-

concitatissime furentes atque debacchantes: Hoc enim est: quo somniantos excitamus, & concipiendis odios aptos facimus, quibus cum semel sunt imbuti, non tantum idonei sunt, ut sic incapistrati, nafso se circumduci patiantur, quo lubitum illis. Sed & ad exercendas inimicitias prompti efficiuntur, ut ad omne classicum in alios impetum faciant, & more furentum, quosvis obvios qui de tessera non respondent, sine misericordia trucidant, quoties id illis à Ducibus est imperatum. Triflia certe hujus rei edidere exempla illa tempora, cum graffante olim inquisitione Pontificia per omnes fere occidua orbis partes Hæretici ad rogum aliqua indigna supplicia raporentur; vexillum tollente Dominico, Monacho illo truculento & sanguinis avido, qui seditionis concessionibus populum ad arma vocavit, signatum etiam sacra cruce, ut homines si ècie aliqua devotionis eo libentius sensum humanitatis exuerent, suisque se libidinibus & sevitiae præberent ministros, aut si mavis carnifices. Plurimæ turbes, præcipue in Gallia Narbonensi expugnata & direpta, infinita hominum multitudine occisa, vel lignè cremata, nec potentioribus parcitum. Tholofani Comites, Pater & Filius, genere

dignitate & opibus illo aeo conspicui, hæc peste absunt sunt: ut de aliis taceamus, quorum fata novissime apud Limborgium libro de Historia Inquisitionis legi possunt. Quæ hac fini jam à nobis saltem allegantur, non ut Latronum istorum Prædonumque facta probem, sed saltem ut ostendam, quod si illi sua maxime referre putarunt, per summa sceleria, cædes, latrociniâ, incendia se sic dictis hereticis liberare, à quibus suis rebus summe metuebant: quanto sequius sit, unamquamque scætam, quam tolerare debemus aut volumus, suis sensibus relinquere, neque ullum illi impedimentum creare in iis, quæ ad suorum conservationem necessaria sunt: inter qua hac præcipue est cautio, ne subditis Ministri alterius religionis obtrudantur.

(m) ullumve aliud Impedimentum aut præjudicium directe vel indirecte alterius sacris afferre) hæc verba satis clara sunt, neque tam interpretatione opus habent, quam debita applicatione existentes casu.

(n) Et ut hæc conuenio eo firmius observetur) Conventionem, intellige de non obtrudendis Ministris alterius confessionis. Huic enim metui præcipue consulunt, quæ sequuntur.

(o) liceat hoc mutationis casu.) Mutatio-

nominare (p) idoneos Scholarum & Ecclesiarum Ministros (q) à publico loci Consistorio & Ministerio, si ejusdem, cum præsentantibus vel nominantibus Communitatibus sunt religionis, (r) vel hoc deficiente, eo loco, quem ipsæ

Mutationem puta, cum aliquis Princeps vel Territorii Dominus ad alterius partis sacra transit aut ditionem nachus fuerit, ubi alterius partis sacra vigent. Ut supra est expositum. Quamvis alium mutationis casum nollem excludere, quin mallem potius comprehendi; quando nimurum ipsi ministri mutantur, sive morte, translatione, abdicatione remotione, seu alia quacunque de causa. Ad hos enim causas quadrant præcipue qua sequuntur,

(p) *ipſis communitatibus præſentare, vel que præſentandi jus non habent, nominare*) Præſentare dicuntur proprie, qui jus Patronatus habent. Nominare vero, qui jure præſentandi destituantur. Quamvis igitur Dominus loci, qui alterius est religionis, forte in jus Patronatus succederit, quod Deceſſor ejusdem cum subditis religionis sive jure sive consuetudine exercet, non videatur illi integrum esse, eodem modo & libertate jure isto uti posſe; sed nominabunt potius communitates idoneos Ministros, quos deinde Dominus confirmare debet.

(q) *idoneos Scholarum & Ecclesiarum Ministrorum* qui nominare idoneos potest, apud illum etiam judicium de habilitate esse debet; quo tamen subditos discrete & temperanter uti oportet,

ne Domino molestiam per id faciant, aut fedatioſus concionator in Republica sit timendus. Hoc enim caſu poterit sane Dominus monere subditos, ut circumspecte & prudenter agant, aliumque ſibi nominant magis gratum, & à quo nihil periculi vel turbarum fit pertimescendum. Nam ab hominum hujus ordinis ingenii, prout pacifica ſunt, aut turbulentia, dependet ex magna parte tranquillitas civitatis. & fi ambicioſi illi atque inquieti in civitate, quæ unius est religionis, excitare motus & fœdationes poſſunt, quod non ita pridem Hamburgi experti fuimus, dum hanc urbem in summum diſcrimen inquieti & ambicioſi id genus homines turbulentis ſuis concionibus deduxerant, populo adverſus Magistratum concitato, & tantum non ad arma vocato; Quid illos non ad plebem facere & patrare poſſe credideris, ubi Dominus est alterius a subditis religionis, quando hi Demagogani Ducem habent, cui aures prebent concipiendis in Principem odii, obvia ſemper occaſione ex calumnia religionis, & quoties Dei cauſa hominum affectibus præterit.

(r) *à publico loci Consistorio vel Ministerio, si ejusdem cum præſentantibus vel nominantibus communitatibus sunt religio-*

ipsæ communitates elegerint, examinandos & ordinandos,  
(s) atque à Principe vel Domino postea sine recusatione  
confirmandos. (t)

§. 2.

*religionis*) Præsentati vel nominati  
examine & ordinatione opus habent:  
illud sit in Confistorio: hoc à sacro or-  
dine, quem Ministerium appellant. I-  
taque si est aliquid in loco Confisto-  
rium, vel Ministerium, ubi actus isti  
peragi possunt, coram his res expe-  
dienda est.

(s) *vel hoc deficiente, eo loco, quem ipsæ  
communitates elegerint, examinandos  
& ordinandos*) Si vero nihil horum  
est in loco Communitates præsentantes  
vel nominantes alio libere se confe-  
runt, quo ipfis visum, ita ut Dominus  
in electione nullum creare impedien-  
tum, aut dare legem possit.

(t) *atque à Principe vel Domino po-  
stea sine recusatione confirmandos*) Nisi  
scilicet graves & justas contra præsen-  
tati vel nominati personam exceptions  
habeat, quam tamen vitam potius & mo-  
res, vel ingenium recusandi, quam do-  
ctrinam spectare debent, quoniam de  
hoc judicare est Confistoriorum in ex-  
amine instituto.

De cetero, cum hæc dispositio pacis  
de jure reformandi inter partes Prote-  
stantium saltem ad illum casum perti-  
nere videatur, cum aliquis Princeps vel  
alius Territorii Dominus postbac ad al-  
terius partia sacra transferri, aut Princi-  
patum aut ditionem, ubi alterius pacis

*sacra exercitio publico de præsentis ve-  
gent, seu iure Successionis, seu vigore Tra-  
ditionis Pacis, aliore quoconque titulo na-  
ctus fuerit, aut recuperari: qualiterum  
est, quid de illo Domino dicendum, qui  
jam a longo ante Pacem Westphalicam  
tempore aliam religionem à religione  
subditorum professus fuerat, cum in-  
terea publicum subditorum exercitium  
in illo loco viguisse? an scilicet ille ju-  
re reformati contra subditos sic uti  
porro possit, quemadmodum id ei ante  
pacem jure territoriali licuit. Exem-  
plum in Marchia Brandenburgica ha-  
bemus, ubi Elector principio superioris  
seculi reformati sacris accelerat, omni  
ferè regione in doctrina Lutherana, uti  
tum libris Symbolicis comprehensa e-  
rat, permanente. Tractavit hunc casum  
etiam Thomasius in scripto illo suo de  
Iure Principum Evangelicorum circa  
controversias Theologicas, quod Ger-  
manica lingua sub titulo, das Recht Ev-  
angelischer Fürsten in Theologischen  
Streitigkeiten ut. ante decem & quod  
excurrit annos, edidit, posit, 19. §. 2. p.  
206. sed cum Vir ille summus de hac  
quaestione egerit, non tam ex eo, quid  
Pax Westphalica de illa five hoc nostro  
articulo, five alibi statuat, quam ex  
fundamentis religionis Protestantium,  
quibus tolerantiam benignam utrius-  
que*

que religionis, non vero jus reformandi inter se ipsos convenire putat, ideoque hic paucis dispiciendum erit, quantum casu supra posito Domino Territorii circa reformationem licet? Possunt enim multa tum inter Pacientes conventione esse, quæ fundamentis unius vel alterius partium religionis, non satis undique respondent. Ut enim fundamentis Status Cleri Catholici nihil magis adversum est & inimicum, quam se jure reformandi abdicare, sive ex toto sive pro parte, & libertatem facere apud se exerciti alterius religionis, & nihilominus Catholicos in id ipsum ex habitu certi temporis vel anni confitentia oportuit, pacis studio: ita fieri facile potuit, ut Protestantes etiam non omnia sollicite exegerint ad Principia vel fundamenta sua quiske religionis, in primis cum forte inter eos non satis constiterit, neque forte adhuc constet, jus reformandi, an magis tolerantia dissidentium, in fundamentis illis habeat fundamentum: non nego, ex natura & vero genio religionis Protestantum. Autorem hanc controvrsiam incomparabili plane prudentia & perspicuitate tractare, ut nemo habeat quod contradicat ipsius rei veritate perspecta. Sed non omnes capere verbum hoc, vel ex eo patet, quod praesenti etiam tempore, ubi tamen odio partium multum deferuerere, laboratum frustra haec tenus apud quasdam Civitates fuerit, ut mutua tolerantia inter Protestantes statuatur, & Lutherani Reformati, atque Hi vicissim illis exer-

citium sua cuique religionis, propriis sumtibus habendum, illis locis concedant, ubi familias numero minimum vi-ginti degere & habitare contingit. Faciles quidem hic erant Reformati: imo autores tam salubris consilii ad pacem saltem externam Ecclesiæ. Sed reclamavere hucusque Lutherani, Civitates in primis, & inter illas Francofurtum, Noriberga, Hamburgum, qui stolida ferocia nolunt Reformatis locum dare intra moenia sua, ubi preces faciant, Psalmosque canant suo more. Ideo cum ex hoc fundamento seu principio, quod mutuam tolerantiam vocamus, cum plerisque diversarum Sectarum profici nihil possit, recte quaeritur, quod nam sibi praesidium alter contra alterum ex formula Pacis Westphalica circumdare possit? id est, quo se jure subdit diversa religionis contra jus reformandi Dominorum suorum tueantur, hoc posito utrosque esse religioni Protestantium addictos. Hic primo notandum, omnia que olim circa negotium Reformationis Catholicis & Lutheranis jure vel facto licuere, illa Statibus Reformatis nulla ratione potuisse denegari. Quam ob rem cum Pace Religiosa subditis aliud praesidium contra Dominorum jus reformandi relatum non fuerit, quam ut emigrare libere possint, si mutare religionem nolint, qua re ipsis saltem contra inquisitionem Pontificiam cautum est, quæ omnes ad abjurandum diversam religionem cogere solet, appetit sane à tempore

pore hujus Pacis Regioſa uſq; ad Pacem Westphalicam Principem vel Statum alium, Reformata Religioni addicatum, eodem quo Catholicus & Lutheranus jure uſus eſt, ſubditis ſuis non tantum Romanis facris, ſed & Lutheranis de-ditis potuſſe migrationem imperare, atque hoc modo, reformata Religionem, id quod Palatinum Electorem, ex quo Lutheranis valedixit, feciſſe extra controverſiam eſt: Nec certe in du-bium vocari poteſt, quin Brandenburgico Electori jure idem ſtatueri licuifet, niſi viſum ei fuiflet, hac in re modera-tiora conſilia ſequi, & ſacra Lutherana tolerare, dato per id iſum ingenti ſpe-cimine æquitas ſua & temperantia, quamvis ſa-pe laeſitus eſſet virulentis ſcriptis & concionibus Lutheranorum, etiam in ſuis terris viventium, qui non contenti hoc Principiſ beneficio Re-formata ſacra omnibus probris & ca-lumniis proſcindebant: Veluti ipſis, non Principi, juſ arbitrandi de religio-nibus tolerandi competitor. Atque hoc jure uſi ſunt Status omnium triū Religionum fine diſtinctione uſque ad Westphalicam pacem. Igitur cum negotium hujus pacis componenda Osnabrugæ & Monasterii ferueret, in-ter alia auctum etiam fuit non modo de Reformatis hac pace comprehen-den-dis, ut ſeſcīt om̄ium ejus beneficiorum particeps fierent, verum etiam de legitimo reformati in ſubditos Lu-theranos jure, quo Status Lutherani il-los omnino exutos maluifient, cum ipſi

illud ſibi integrum in ſubditos Refor-matos relinqui veſtent. Sed praclare & conſtanter obnitentibus Branden-burgico atque Palatino Electoribus, nec non Principe Cassellano, qui prorūſus recuſabant deterioris hac in parte con-ditionis cum Lutheranis Statibus ha-beri, remiſſum tandem eſt de ſubditis Lutheranis, quibus jam ante pacem illi Principes imperabant, & ſaltem poſtu-latum, ut futuriſ temporibus ſecuritat Lutheranorum proficeretur, cum cer-tum jam eſſet, Brandenburgico pro fa-tiſfactione multas & inſigues regiones, ubi publicum Lutheranæ religionis ex-erictum vigebat, ceſſum, ac etiam Pala-tino inferiorem Palatinatum reſti-tutum iri, in quo ſimiſter Luther-anri per vices bellorum, & ope Sueco-rum aliquem ſuę Religionis cultum publicum iſtituere, Cæſareis diſſimu-lantibus, ut Saxoni aliquantulum adu-larentur, quem poſt Pacem Pragenſem valde ſuſpiciebant colebantque ex me-tu, ne iterum forte mutaret, & ſe Suecis conjungeret. Sed ratam atque obfir-matum manebat Reformatis Statibus, Brandenburgico in primis, nullo pačto ſe commiſſiuros, ut vel minimo in re circa juſ reformandi Lutherani ante ſe compendium facerent, aut libertate maiore uterentur, teſtante Branden-burgico, malle ſe, ut potius tota hac a-ctio de juſ reformandi inter Luther-a-nos & Reformatos filentio transmitte-retur, quam ut hoc modo conditio Lu-theranorum melior fieri poſſet. Ita-que

quæ tandem sic transigendum fuit, ut  
hoc nostro articulo septimo contine-  
tur, æquo partium utrinque jure, cum  
sub communi Protestantium nomine,  
quod uni tribuitur, id alteri etiam ex æ-  
qua lance tributum concessumque in-  
telligatur. Iam si questio est, quid  
Princeps Reformatus vel Lutheranus  
jure reformandi possum subditos suos,  
ille Lutheranos, hic Reformatos, &  
num, quæ hoc loco in futuros casus  
statuuntur, extendenda etiam sint ad  
præsentia vel præterita, ut Thomasio  
visum. Duo præcipue consideranda at-  
que expendenda erunt, antequam judi-  
cium feramus. unum est, ut constet  
quale sit Statuum jus reformandi in  
commune, cujuscunq; etiam Religionis  
ex tribus illis toleratis fuerint, & in quos  
subditos illi hoc uti velint? & alterum,  
quid liceat Principi Reformato in  
subditos Lutheranos, vel Luthe-  
rano in Reformatos: De primo  
art. 5. §. 30. in genere est conventum,  
*Statuta immediatis cum iure territorii*  
& *superioritatis ex communi per totum*  
*Imperium hactenus usitata praxi jus re-*  
*formandi exercituum religionis competere;*  
*nullisque Status immediato jus, quod*  
*ipso natione territorii & superioritatis in*  
*negotio Religionis competit, impediri o-*  
*portere:* Hæc generalis est regula, que  
omnes Status immediatos complecti-  
tur, & quam Status etiam Reformatos  
suam facere atque ad illam provocare  
recte posse, nemo forsitan in dubium vo-  
cabit. Iam vero, cum plerumque fiat

ut Catholicci Status in subditos Prote-  
stantes; vel vice versa Status Prote-  
stantes in subditos Catholicos jus re-  
formandi exerceant, quid hoc casu  
sit juris, in eodem illo articulo  
quinto à §vo 31. per multos sequentes  
magna accuratione traditum est. Quan-  
doquidem vero etiam Status Protelfan-  
tes, qui unius religionis dicuntur esse,  
quando religioni Pontificia opponun-  
tur, inter se nihilominus ob diversas ali-  
quas opiniones circa ea, quæ credi o-  
portet, duas partes constituant, ideo-  
que dispicendum etiam erit, quid con-  
ventum sit, si una pars contra alteram  
jure reformandi uti velleret. Hic ite-  
rum duo casus esse possunt. Unus, si  
Dominus reformare religionem vellet  
in illis provinciis vel terris, quæ ipsis  
jam ante pacem Westphalicam longa  
ætate acquisita atque possessa sunt; &  
alter, si Reformationem vellet exercere  
in Principatu vel ditione à Pace facta  
quaestia, seu jure successionis, seu vi-  
gore Tractatus Pacis, seu alio quocon-  
que titulo, ubi alterius partis sacra ex-  
ercitio publico de praesenti vigent?  
Primo casu, porro interest, an exerceat  
reformationem contra subditos alterius  
& diversæ religionis, cui ipse, Domi-  
nus inquam, tota sua vita, aut saltē  
ante pacem non fuit addictus; an vero  
posthac i. e. à pace confecta ad alterius  
partis sacra transferit: Quod si il-  
lud, tum suscipere hoc negotium ali-  
ter non potest, quam *salvis semper cum*  
*inter se & Status Protestantes alios:*

tum cum subditis suis, convenientiis pacis, privilegiis, reversalibus, & dispositionibus aliis, quibus de religione ejusque exercitio, & inde dependentibus, ejusque loci Statibus & subditis hucusque prouisum est; salva itidem ejusque conscientia libertate. quam obrem statuendum videtur, quod tamen pace eorum, qui rectius sentiunt, dictum velim, si quo loco nulla ejus generis conventa pacta, privilegia, reverales, & dispositions similes reperiuntur, Protestantem Principem contra subditos Protestantes, sed qui diversae sunt religionis, jure reformandi ampliore & acriore uti posse, quam si cum subdito Catholico ei res est, qui saltem praesidium aliquod in possessione & Statu anni 1624. habet, quem instar obicis aut cataraetae habet: cum subditis Protestantibus ex illo anno nullum auxilium sit paratum, exceptis tantum Lutheranis in Palatinatu inferiore, quibus speciali lege iste annus est datus, qua opus non fuisse, si hoc commune beneficium omnibus subditis ex Protestantibus esset. Fateor perigrinum hoc sonare, & durum dictu videri posse. Sed si ad legem probe attingis, vix mihi alium sensum excudes; Hoc enim pro certo habeo, jus reformandi Statuum Protestantium contra subditos suos Protestantes non judicari ex art. 5. §. 31. *Hoc tamen non obstante &c. &c.* neque ex eo loco cancellis circumscribi posse, cum ista Constitutio saltem definit, qui modus sit reformandi inter Catholicos & Protestantes.

Protestantium controversiae inter seipos remissæ tum fuere in alium locum, & demum hoc nostro articulo septimo determinatae, ubi nulla amplius fit mentio anni illius vigesimi quarti. Interea pro solamine hoc nobis esse potest, vix casum fore ut quo loco religionem sive Reformatam sive Lutheranam Dominus cum subditis unam eandemque diu professus est, quin pacta & conventa inter illum & hos pro conservatione illius atque perpetuitate inita sint, quibus jam stare oportet. Enimvero si POSTHÆC aliquis Princeps, vel alias Territorii Dominus ad alterius partis sacra transierit, illi omni jure reformandi interdictum est, hoc tantum dato, ut ipsi etiam pro sua communitate Concionatores Aulicos sive Confessionis secum atque in Residenzia sua habere liceat, sed & hoc citra omnes & præjudicium subditorum. Ut breviter omnia ordine complectar, mea quidem sententia quatuor casus ex mente legis nostræ sollicite distinguendi sunt. Primus est, cum Princeps vel Dominus Evangelica quidem, sed diversa à subditis itidem Protestantibus religionis sacra hæc sua jam ante pacem est professus, sive in facta illa à majoribus accepta ab incunabulis institutus fuerit, sive ipse ante illam pacem ad alterius partis fidem & doctrinam transierit, cum antehac eandem cum subditis suis religionem sectatus fuisse. atque hoc casu in terris à majoribus ad se transmissis, vel ante pacem acquisisitis.

si nulla obstant paœta, cum jure territorii jus etiam reformati ex art. 5. §. 30. integrum & illibatum haber, & quidem liberiore potestate, atque exercitio ampliore, quam si ipsi cum subditis Catholicis res esset, qui saltem se statu & possessione anni 1624. tueri posseunt, cum ille *terminus a quo* juri reformati positus non fuerit, quoties Principi Protestantati cum subditis Protestantibus hac super causa est negotium; Sed ne quis hac sententia Panicum terrorem contrahat, non crediderim, hujus casus toto Imperio exemplum extare, cum ubique fere inter Dominum & subditos ejus, quando unius ex utraque parte sunt religionis, de illa conservanda transfigitur, quibus paœtis eti Dominus ita vinciri non possit, ut sibi libertas & arbitrio mutandæ religionis per hæc pereat, hoc tamen valide agitur, ne subditis ex pruritu juris reformati imperare etiam mutationem, vel alio modo eam ob rem molestat esse possit. Quodsi vero contra expectationem meam nihilominus talis datur casus, ferenda res erit, & obsequendum legi, quando hoc Pacificentibus ita placuit, qui sibi imputabant, quod aliter non statuerint, aut saltem non locuti sint apertius, cum paucis verbis omnis reformatio inter partes Protestantium in omnes casus prohibetur potuisse.

Alter casus est, quando in territorio adiungunt paœta cum subditis conventa, quibus de religione ejusque exercitio

& inde dependentibus hucusque subditis est provisum tum enim hac semper salva manent & inviolabilia. Salva itidem manet cuiusvis conscientiae libertas, ne felicet subditi cogi ad emigrationem possint, si recusent religionem mutare, quod rursus est argumentum pro stabilienda sententia nostra in casu priori. Quid enim opus fuisset caveri de subditorum conscientiae libertate, si omni juri reformati inter Protestantes in omnes casus & indistincte Principi esset interdictum? Praeterea manent etiam salva paœta, privilegia & id genus conventiones aliae, quæ Status Protestantes *inter se* inierunt, quod fieri potuit multis modis, exempli gratia, cum emto territorio is, qui vendit emtori hanc legem super religione conservanda dicit: vel cum ipse Dominus ita cavit subditis, alio Statu sediußore constituto, qui praefet fidem, si posthac vel ipse, qui hoc promisit, vel successores ejus, sive universales sive particulares contra paœta conventa agere velint, cujus generis autem & tenoris paœta ista sint, ex inspectione singularium judicandum est, neque enim credibile est, omnia ubique unius esse summa vel exempli, sed per alia juri reformati magis derogari, & per alia forte minus.

Tertius est casus, si Princeps, vel aliis Territorii Dominus POSTHAC ad alterius partis sacra transferit, &

Quartus denique, si idem ille POSTHAC Principatum aut ditionem, ubi H (6) alterius

alterius partis sacra exercitio publico  
DE PRÆSENTI vigent, nactus fue-  
rit aut recuperarit, sive illud fiat jure  
successionis seu vigore tractatus pacis,  
seu denique quocunque titulo. Nam  
his duobus casibus Dominius in usu ju-  
ris reformandi sic arctatur, ut nihil fe-  
re ei præter solum nomen reliictum  
videatur. Quæslo enim, quid Reforma-  
tori supereft, in quo Zelo suo satisfa-  
ciat, si nec publicum Religionis exerce-  
tium, nec Leges aut Constitutiones  
Ecclesiasticas, hæcne ibi receptas,  
immutare, nec Templa, Scholas, Hof-  
pitalia, aut eo pertinentes redditus, pen-  
siones, stipendia prioribus adsumere,  
suumque sacrorum hominibus ap-  
plicare, vel juris Territorialis, Episco-  
palis, Patronatus, aliove quocunque  
prætextu subditis. Ministris alterius  
confessionis obtrudere. denique si nub-  
lum aliud impeditamentum aut præjudi-  
cium direcťe vel indirecťe alterius sacris  
afferro potest. Enimvero ut subditi  
sub hoc clypeo contra jus reformati  
tati sint, & securè agant, duo requirun-  
tur. prime, ut Dominus post hac deum  
i. e. post initam Pacem Westphalicam  
ad alterius partis sacra transferit, aut  
principatum nactus fuerit, & secundo,  
ut in illo principatu vel territorio alte-  
rius partis sacra exercitio publico de  
præsenti viguerint Illud nos admonet,  
In iure non subjacere Dominum, qui  
antebac i. e. ante Pacem, religionem  
mutavit, vel territorium ante haec tem-  
pora est natus. Hoc vero docet, quod

si in territorio illo alterius partis sacra  
exercitio publico non fuerint *de præ-*  
*senti* instituta, neque hanc licentiam  
subditos Principem postulare posse, si  
id eis concedere nolit. *de præsenti*  
vero nihil aliud est, ac si dictum esset  
tempore confectæ pacis. Hæc omnia  
certe ex hoc loco nostro sponte sua  
flunt & deducuntur, ut proinde ni-  
mum liberales in hac lege interpre-  
tanda illi esse videantur, qui ultro qui-  
dem concedunt, hunc locum de futuri  
mutationibus agere, sed negant ex illa  
hanc consequentiam, quam à sensu  
contrario hactenus nostram fecimus.  
Certe non negaturi, si paulo saltem at-  
tentius ad illa advertissent, quæ interi-  
prias Protestantum partes summa con-  
tentione atque molestia varie agitatæ  
actaque fuere, antequam in hunc ar-  
ticulum consensum est. Habemus  
ejus rei testes publica acta, & omnium  
summariam apud Pufendorfium in His-  
toria Suecica & Brandenburgica: post  
quæ etiam Pfannerum laudo, qui  
multa ad actionem pacis pertinentia  
ex Archivo Vinariensi hauit. His ig-  
tur documents & auctoribus constat,  
quantopere Lutherani initio repugna-  
rint, ne Reformati omnium commo-  
dorum ex Westphalica pace æqua cum  
se & Catholicis lance participes fie-  
rint, & ante omnia ne jure reformati  
in Lutheranos subditos eadem libertate  
gauderent, quose in Reformatos uti  
posse consentaneum duxere. Ex ad-  
verso negabant Reformati ullo modo  
feren-

ferendum esse ut in negotio religionis quacunque re deteriores aut inferiores Lutheranis habeantur, cum eadem conditione sint Status immediati, idemque jus territoriale in subditos cum ceteris obtineant, cuius insignior velut pars sit potestas circa sacra, atque adeo Iesus reformandi ad eum modum, quo reliqui illo uti possunt. Allegabant præterea pacem Religionis, qua ipsi pariter sint comprehensi; Denique transactum jam erat de articulo 5. & ibi comprehenso §. 30. per quem omnibus Statibus immediatis jus reformandi exercitium Religionis asseritur, & quidem ex hoc fundamento, quod communis sit per totum Imperium haec tenus usitata praxis, in quo jure nemo qui est ex ordine Status illorum immediatorum, impeditur debeat, id quod sua non minus, quam Lutheranorum caula scriptum esse affirmabant Reformati, qui præterea eo pondere argumentorum agebant, ut ruderet tandem ipsos Catholicos tricarum, à quibus sæpe ipsi monebant Lutherani, quod mirere, ne communem Protestantium caufam intempestiva æmulatione corrumperent. Ita remissum quidem à Lutheranis de prærogativa circajus reformati in genere; Quandoquidem vero constitutum jam fuerat, multas & insignes Provincias sacris Lutheranis de ditissimas in Electorem Brandenburgicum iiii pro satisfactione, ideoque his saltem à jure reformati prospectum volueret Lutherani, veteribus posses-

fionibus tandem sub regula generali reliquis, nisi peculiaribus paucis inter Dominum & subditos aliud placuerit, quibus servandis nunc nostraque pars stare tenetur. Maximum igitur negotium fuit futuris eventibus consulere, atque ut Lutherani hoc eo facilius pervincent, concessere tandem ut utriusque partis pars & æqua sit in juris hujus exercitio fors, nec alterulla prærogativa ante alium gaudeat. inde nulla mentio Reformatorum vel Lutheranorum; commune Protestantium nomen legitur, qui duas iterum partes constituunt, ex quibus quod uni parti circa jus reformati justum est, alteri etiam iustum esse debet: quibus positis parata est ad sententiam contrariam responso. Dum enim ultro conceditur, hunc sibi nostri locum, qui incipit: *quoniam vero controversie &c.* agere de futuris mutationibus, qua ratione extendi lex etiam ad ea posset, quæ pacientes sub illa lege comprehendendi noluere, mihi non constat, neque hic tritum illud Iure Consultorum admitto, unius inclusionem non esse exclusionem alterius. Nam hæc regula multas habet & varias exceptiones, atque tum in primis ei locus esse non potest, cum in diversis negotiis aliquis partibus lex diversum statuit, sive id fiat eodem loco, sive alibi. quod in nostra caufa factum esse cum ex legis verbis, tum ordine eorum, quæ conveniant, ac denique ex mente pacientium, abunde, nisi fallor, probavimus.

Præterea tantum abest à rei gestæ veritate, quod pro ratione allegatur, timum si scilicet pacientes, ne circa questionem de novis & futuris mutationibus Dominus caufetur, se tanquam tertium possessorem pactis & legibus Instrumenti pacis veteribus possessori bus dictis non teneri, ut potius omnia contrario modo se habeant. Hoc enim testantibus actis inter partes Protestantum agebatur, ut quoniam Lutheranos de jure reformandi quoad veteres possessiones concedere tandem Reformati oportuit, illi hoc saltem obtinerent, ne illas terras eandem sortem subire necesse sit, quas Reformati post hac forte acquirent, aut si Dominus Lutheranæ religioni addictus deinceps ad Reformatorum sacrâ transferit: Sed neque hoc ipsum ab his extorquere potuere, antequam paternerunt eandem legem sibi etiam dici. Interea non dico jus reformandi inter Protestantes ipsos, quod ad veteres possessiones attinet, sine omni circumscriptione manasse, quo enim loco inter Dominum & subditos, pacta, privilegia reversales aut dispositiones aliae extant, quibus de religione ejusque exercitio & inde dependentibus provisum est, ea utique salva manere jubentur, obtentu juris reformandi non infringenda. Salva etiam contra hoc idem jus manet cuiusque conscientie libertas, qua subditis prospectum est, ne cogi possint vel mutare religionem vel ex loco migrare. Cetera que sunt juris reformandi,

Domino quoad possessiones veteres relicta, & quidem indefinitè absq; ad certum Statum habitu respectu. Itaque eti forte subditi anno 1624. exercitium publicum suæ, fed à Domino diversæ religionis habuissent, de quo tamen inter hunc & illos nihil est pactum, neque Dominus forte alii ex Statibus reperit, rem ita mansuram, dubito hercle ego, an subditi ex illo statu anni, qui saltæ fata religionum inter Catholicos & Protestantes moderatur, fas defendere se contra jus reformandi possint: Sane in pace Westphalica parum video praesidii: quam tamen meam sententiam nemini fraudi esse velim. Denique de nihilo quidem non est, quod objicitur, Protestantes, quando ipsis aduersus Catholicos res fuit, unitis animis & viribus de tolerantia suæ religionis egisse. Adhac illud concedo, eos parum sibi rerumque suarum memores fuisse, si apud se & domi sua noluerint eodem jure uti, quo ut Catholicæ fecum agerent, postulabant: Sed hanc æquitatem eo tempore aut non visam illis, aut certe displicuisse, rerum gestarum documenta nos docent; Quodlibet enim aliquis consideret, quantum opera, laboris & tædi impensum sit, donec ad eum modum, ut hoc articulo continetur, transfigi potuerit: si porro expendat, hanc ipsam conventionem nihilominus Saxoni adeo non satisfecisse, ut potius protestatione aduersus illam sibi existimat propiciendum, non protestantium

tum modo, sed & ipsorum Catholico-  
rum scandalo, quid juvat multum  
de eo, quod convenit vel decet, ratio-  
cinari, ubi res ipse de facto contrario  
testantur: & quid miramur, Protestan-  
tes illis temporibus rationem fugissimè,  
cum adhuc nostris, nescio quo mentis  
deliquio easdem retineamus animosi-  
tates, quibus effectum, ut præclarum  
illud & ad communem utilitatem salu-  
berrium consilium Regis Borussie,  
ad mutuae tolerantiae inter Protestan-  
tes commendationem, in hanc diem  
successu caruerit.

Atque haecenus de ea quaestione,  
quando inter Protestantes Dominus  
territorii de una religione ad aliam  
transit. Sed quid si Ille Religionem  
Catholicam post pacem Westphali-  
cam sectari vellet, ejurata Evangelica?  
eius mutationis exempla præcipia ha-  
bemus in Duce Ioanne Friderico  
Brunnuensi; Duce Megapolitano  
Christiano Ludovico, & nuper adhuc  
Electore Saxonico facto mox Polonia  
Rege. Vel, si Catholicus Princeps  
successerit Evangelico? uti Neobur-  
gius Palatino. Idem erit, si Ca-  
tholicus Sacris Protestantium cuperet  
initiari. Vim conscientiis & Religio-  
ni subditorum hoc casu inferri non  
posse, extra controversiam est positum.  
Templa etiam eorum, Hospitalia,  
Confistoria, redditus & cetera omnia in-  
tegra illis & intacta relinquuntur debent  
eo profrus Statu, quo anno 1624. ab  
eis sunt possessa. Quoniam vero juxta

hunc Statutum & sine ejus mutatione  
potest adhuc esse Status religionis ejus,  
cui Dominus est addicetus, modo alteri  
fraudi non sit, aut molestia, qui à jure  
reformandi originem suum ducit, & in  
eo confitit, quoties novus Territorii  
Dominus suam religionem sine incom-  
modo & damno partis adversæ, illo  
loco institutam stabilitamque habere  
gestit, eamque in rem quæ necessaria  
fuit ordinat, & decernit: quæ situm  
ergo an hoc & liceat? Evidem non me-  
latet esse, qui nihil plus largiri velint,  
quam ut ille etiam Concionatores sue  
Confessionis secum atque in Residen-  
tia sua habere possit, argumento eorum,  
quæ inter Status Protestantes coivene-  
re. Sed in manifesta disparitate du-  
bito, an comparatio ita succedat. Tonis  
enim ille articulus VII. quod sape jam  
monui, quantus quantus est, ad folias  
causas pertinet, quæ inter ipsos Prote-  
stantes agitantur. illis vero causis  
vel litibus, quæ Catholicis cum Pro-  
testantibus, & his cum illis intercedunt,  
scriptus est articulus superior quintus,  
ex quo judicium ferendum. In illo  
Statibus immediatis §vo 30. jus refor-  
mandi est confirmatum. Subditis ve-  
ro §vis sequentibus, pro varia eorum  
conditione data, quedam etiam sunt,  
quibus se contra illud reformandi jus  
per exceptionem tuerentur. Hæc si  
illis carta testaque relinquuntur à Re-  
formatore, nihil sane de cetero habent,  
quo se ejus reformationi opponant.  
Vidit æquitatem hujus sententia etiam

§. 2. Si vero aliqua communitas (a) eveniente mutationis casu (b) Domini sui Religionem amplexa petierit suo sumptu exer-

Deckherrus Consult. For. lib. 1. part. 1.  
cap. 40. §. 9. & seqq. ubi recte quidem  
meo iudicio statuit, ejusmodi Domini  
non modo publicum exercitium  
sua religionis introducere posse, ve-  
rum etiam templo noviter exadficare,  
aut pro derelictis habita, ex vi superiori-  
tatis Territorialis publico cultui suo  
attribuere ; modo alterius religionis  
asseclas in suis templis, fundationibus,  
reditibus &c, nullo pacto turbet. vid.  
dict. loc. n. 15. Quamvis in eo errare  
videatur, quod putat re inter solos Pro-  
testantes vertente Dominum, qui ab  
una Confessione Protestantum ad al-  
teram transit, vel ditiones alterius reli-  
gionis acquirit, in Residenzia sua non  
publicum, sed privatum saltem sua re-  
ligionis exercitium instituere posse. De  
hac enim distinctione articulo nostro  
alium est silentium, sed in genere dic-  
tur, licet Domino *Concionatores Aulicos* secum atque in Residenzia sua ha-  
bere. Habere autem Concionatores  
Aulicos publico magis quam privato  
exercitio convenit, & habere in Resi-  
denzia de facello Aulico intelligitur,  
qui locus est sacer, quo æque ac in tem-  
plo Cathedrali religionis publicum ex-  
ercitium puls campanis, apertis fori-  
bus, & cetero omni publico apparatu  
potest institui. Quandoquidem vero,  
quid sit publicum, quid privatum exer-

citum articulo superiori V. satis est de-  
claratum, demo hic actum agere su-  
pervacaneum erit.

Situs 2dus.

(a) Si vero aliqua communitas) si ne-  
guli subditi, religionem domini sui  
amplexi, abdicata altera, habent qui-  
dem libertatem conscientia, & possunt  
sacrificis publicis in Residenzia Domini in-  
teresse, alio vero territorii loco, etiam  
numero plures fuerint, non videntur  
exercitium instituere posse, quamdui  
ut singuli considerantur, collecti scili-  
ct ex pluribus locis.

(b) aliqua communitas eveniente  
mutationis casu) Itaque duo requi-  
runtur (1) ut subditi illi sint com-  
munitas (2) ut casus mutationis eve-  
nerit. Est vero communitas hic mul-  
titudo hominum, uno loco sociata ali-  
quo juris vinculo, & iisdem addicta sa-  
cris, quorum exercendorum causa  
commune templum & communes mi-  
nistros habent, qui sacra faciunt. Ger-  
manice dicimus: Eine Gemeinde.  
Quæ ne accuratam hic à me hujus rei  
definitionem desideres. Sunt enim  
res nonnullæ que solo nomine facilius  
intelliguntur, quam exacta & operosa  
definitione. itaque si Tu mæ addere  
quedam poteris, quibus res definita  
clarior fieri, non modo hoc venia mea  
facies, sed & gratiam insuper habebo.

Alterum

exercitium, cui Princeps vel Dominus addictus est, (c) liberum esto, sine reliquorum præjudicio, ei illud indulgere, à successoribus non auferendum. (d) At Consistoriales Sacrorum Visita-

Alterum est *casus mutationis*, quod de Domino Territorii est intelligendum, sive ipse mutet religionem, sive in terras alterius haec tenet religionis à sua successoriter, ad modum eorum, quae paulo ante sunt tradita, & quare repetere huc non opus est.

(c) *Domini sui religionem amplexa petierit suo sumtu exercitum, cui Princeps vel Dominus addictus est*) De exercitio Religionis publico haec præcipue esse intelligenda crediderim, privati enim longe minor est invidia, quod non dubito Dominum illis etiam concedere posse, qui sunt aliquo numero, et si communitas formam vel jura non habeant. Petatio autem à Communitate pro indulgendo exercitio fit apud Dominum ipsum, & quidem sumtibus petentium, absque ullo alterius partis onere vel præjudicio.

(d) *liberum esto, sine reliquorum præjudicio ei illua indulgere, à successoribus non auferendum*) Hoc liberum est dominio, ex cuius arbitrio ista indulgentia dependet: Neque enim Communitas hoc ex loco ius sive actionem habet pro obtainendo exercitio, si Domino causa fuerint, curi praesentia his precebus statim succurrere nolit, quamquam non facile sit pertinendum, subditos ea in re repulsam laturos, nisi

prægnantes ad sint rationes, quæ contrarium suadeant. Quod vero additur, hanc gratiam indulgendarum esse sine reliquorum (*i. e. alterius partis*) præjudicio, id civiliter intelligendum ut invidia pro præjudicio non reputetur, sed opus est, ut reliquorum intersit vere & cum effectu, quando scilicet ex ea concessione damnum vel incommodum passuri sunt. Nam metus, ne altera religio hac data libertate latius propagetur, & cum tempore suis sacris præjudicium afferat, non sufficit, ut nec aliae causæ leves, & cavillis sive calumnias quam æquitati propiores. Demique quod additur, à successoribus non auferendum, eo præcipue pertinet, ne si forte successor religionem iterum mutet, illi communatati de religioni sua exercitio quæstio Status moveri de integro possit, hoc colore, ac si à decessore publicum religionis exercitum contra id, quod hoc articulo sive, jam conventum erat, mutantur fuerit.

Quanquam vero haec omnia in casus futuros sic placuerint, scilicet quæties communitas novi sui Domini religionem posthac amplectitur, dubium tamen non est, quin etiam ad eum causum pertineant, quando aliqua forte communitas fuit, quæ jam ab antiquo profi-

profitebatur, sed sine publico exercitio, illam religionem, cui Successor novus posthac nomen etiam dat. Licit enim veteres Domini, qui alterius religionis erant, huic Communilitati, forte id potenti, de exercitio non annuerint, id legi huic fraudi esse non debet, quominus eam deinceps libertatem a novo Domino, quocum ejusdem sunt religionis, impetrant.

Imo, ut verum sit, ego vehementer eo inclino, huic loco vim non facturos esse, qui in ea rex aequo & bono praesidium etiam illis querunt, quos hactenus sufficienti familiarium numero in urbe aliqua aut loco viventes, toleratosque ad instar aliorum Civium, Domini aut Magistratus, qui diversae sunt Religionis, exercitio sua prohibuerent. Quamvis enim hoc ipsum *κατα τον πυτόν, & disertis verbis* ibi non habeatur, summa tamen aequitas postulati, & ratio mutuae caritatis inter Protestantum partes benignam interpretationem ex mente pacifcentium suppeditat, quam non omnino invitata lege per extensionem aliquam facimus, praeceps in re adeo favoribili qualis est multa tolerantia inter Protestantes, eti dissentientes in aliquibus religionis capitibus. Casus diversos esse non ignoro: in nostra enim lege Dominus territorii copiam facit exercitiua religionis illis communilitatis, quae recens hanc amplexa sunt: Hic vero Dominus in Territorio, vel

Magistratus in urbe postulatur, ut certis familias, eo numero auctis, ut Communilitatis aliquius nomen formamque habere possint, exercitium concedat Religionis hactenus illo loco non solitae celebrari, atque adeo a publica loci religione diversa, quamvis Evangelice. Hic lubens fateor, Dominum iis facilis consultum cupere, qui una secum sacra habent, quam qui diversa. Sed quando aequitatem desiderii in se, tum vero etiam rationem Status rei Evangelicae cum debita attentione & animo studiis partium vacuo consideramus, nec stolatos illos & amplissimanicis indutus audimus, quorum maxime interest, bellum literarium civile perpetuum & internecinum religionis causa inter Protestantes Ducibus Theologis geriri, qua una re isti commendabiles & necessarii sunt, minori forte sententia locus dabitur. Prime enim, quantum est, quo invicem dissidemus, si calumniandi & malitiosa conjectanea fabricandi pruritum despiseris. Deinde cum Pontifici omnibus horis contra nos in Statu sint, & continuo insidentur, si qua se forte occasio obtulerit nocendi nobis, quid juvat hosti tam vigili & infesto intestinis nostris odiis & certaminibus latus ad percutiendum nudare, cum si confertis ordinibus flamus, multo difficilior ipsis erit opportunitas perrumpendi & turbandi aciem nostram. Et autem unica ratio mu-

pien-

niendi nos contra illorum insultus, si concorditer ipsi vivimus, atque toti in eo sumus, quo pacto inimicorum nostrorum infidiosas artes eludere, atque impetus frangere liceat. Enimvero ad hanc ipsam concordiam & unionem animorum, nihil fortius ista tolerantia, & ut partes Protestantum leibus quibusdam in rebus adhuc inter se opinionibus divisas patiamur, unamquamque suo sensu abundare, & suis faciis ex cuiusque instituto operam dare, prefertim cum neutra alteri molestia vel oneri est, sed suis quæque summis privatis hanc libertatem sibi fieri petit, nullo præterea subfido, quam ut locus sibi alias vacuis in urbe detur, redimendus etiam, si opus fuerit, iusto prelio, ubi Psalms canant, preces ad Deum fundant, inter alia etiam pro ipsius Civitatis salute, & denique con- ciones habeant ad populum in religione instruendum. Si Hiffrionicae facien- dæ caufa hanc sibi facultatem peterent, protinus forte consentiremus, et si hac professione ad corrumpendos civium mores nulla facile alia sit accommodatio magisque efficax, dum interea illos hominum conuentus prohibemus & disturbamus, ubi omnis generis æta- tes pietate & honestis moribus imbuuntur salutari disciplina. Neque enim in doctrina Reformatorum quicquam est, quo civili societati periculum sit, omnia potius ita comparata sunt, ut re- publica salus his ipsis promoveatur & formetur. Cur igitur contra propria-

commoda laboramus, neque dolos eorum videmus, quib⁹ haec unica est cura, ut soli dominantur, & in honore apud Cives sint, quamvis ea re & Civitatem & ipsam deniq; religionem perire oporteat? Enimvero non ideo nobis, quia huic hominum generi tanta ineſt vaſcordia & infania, consultum est, ut cum eis insiniamus, quibus ex officio incumbit, ad publicum bonum omnia nostra conſilia conferre, & hanc in primis indignitatem fugere, ne finamus nos videntes atq; intelligentes à cœcis & ineptis Duci bus regi, eorumque pravis cupiditatibus in honestissime famulari. Si Reformati hanc licentiam exercenda sua religionis Lutheranos postularent, absq; reciproca apud se indulgentia, esset utique, cur His se excusare possent velut indignius habiti. Nunc cum ipsi hanc conditionem offerant, & mutua saltem petant officia, que haec non est malignitas & in officio agendi ratio, non reſpondere eadem comitate tam benignis & utrius partis utilissimis oblatis. Allegant quidem Civitates aliquam diſparitatis rationem, sed mehercle admodum levem: quod enim ajunt, omnes fere suas urbes Lutherane religioni esse addictas; Reformatos autem nullas habere, in quibus iterum sibi gratia de religionis sue exercitio fieri possit, de eo certe melius tacuerint, memores amplissimarum Provinciarum, quibus Reformati potiuntur, ubi Lutherani mutua hac tolerantia compendium facere possent centuplo majus eo, quod vi-

Visitatores, Professores Scholarum & Academiarum, Theologiae & Philosophiae, non nisi eidem Religioni addicti sint, quæ hoc tempore quolibet in loco publice recepta est. (e) Sicut autem supra dicta omnia de mutationibus futuris intelligenda sunt, sicut per se sunt, sicut per se sunt, sunt,

cifsum permittunt. Duarum saltem, vel sumnum trium Civitatum Imperialium officia hanc circa rem in praesentia desiderant, quibus aditum Lutherani sue religioni patefaciunt in omnes Reformatorum Statuum terras; quam libertatem quo villus possent emere tantula indulgentia? ut jam tecum occasionem hujus obsequii, cetera innoxii, quo tamen magnos fibi Principes devincire possunt, ad vicem alias temporibus & in aliis etiam eorum negotiis rependandam, que opportunitates non facile neglegi ab iis solent, quibus & aliquis futurorum respectus & cura. Et si nobis mens non levata esset, aut præstigiis Theologerum nostrorum fascinata, vel experimento docti jam diu mutassimus. Quantum enim hac pervicacia Lutheranis in Palatinatu inferiori stetit? quorum conditio aliqui saltem gratificatione multis modis melior reddi potuisse, cum nunc venter eorum, si utique vera sint, que de suis miseriis per universum orbem disseminant, multitudine querelarum non paucatur, quibus Principum Evangelicorum aures opplicantur.

(e) At Consistoriales facrorum Visitatores, Professores Scholarum & Academiarum, Theologiae & Philosophiae, non nisi eidem Religioni addicti sint,

que hoc tempore quoilibet in loco publice recepta est.) Si communitas pro paroecia sumitur, seu certo urbis tracitu, cuius incole illi paroeciae adscripti sunt, & ubi proprium parochum habent, quem in sacris administrandis ratione eorum actum, qui ad iure stola pertinent atque utilitates Ministris adferunt, adire debent, in cuius generis paroecias plures urbes paulo maiores plerumque descriptae sunt, res difficultate carer. Sed aliud superest dubium, quando rota urbs communitas appellatur, & religionem Domini Territorialis simul publico consilio amplectitur, quo casu cum distinctione aliqua respondentium forte erit. Nam si in Consistorio, quod in urbe illa est, solis urbis incolis jus dicitur, neque jurisdictio ejus ad alia territorii loca protenditur, non intelligo sane, quid reliquorum subditorum intersit, si Consistoriales etiam ista in urbe eandem religionem profiteantur, quam communitas sectatur: indignum potius foret, nec facile ferendum, incolis Iudices obtrudere velle, diversa religionis, cum sine cuiusquam injuria vel prejudicio copia eorum datur, qui secum ejusdem sunt Ecclesia, & qui adeo de sua religionis commodis, iuribus & necessitatibus longe

funt, (f) ita Juribus Principum Anhaltinorum & similium, quæ ipsis competunt, nullum adferant præjudicium, (g) sed præter

longe rectius extraneis judicare poterunt. Par ratio est Visitatorum, qui faciunt prefecuti sunt. quam enim fiduciam Reformati in Visitatores Lutheranos collocabunt, quoties de suis sacris ordinandis & emendandis censura habetur? Denique quod ad Professores Scholarum & Academiarum Theologiae atque Philosophiae attinet, referre puto, num Academia illa in sola Domini sit potestate, cuius etiam sumtibus sustentatur, nullo Statuum Provinciale onere, aut jure quaestio; si vero Status illi Provinciales pacto vel consuetudine in communione cum Domino sunt administrandi res Academiae, sine quorum consensu hic decernere aut mutare nihil potest, negotium hoc paulo difficultius procedit, agendumque cum Statibus illis erit, ut se cum opus fuerit aliquatenus Voluntati Principis accommodent. nam invitatis illis mutationem ex hoc loco prohibitan non nego. neque enim frustra & sine causa de Professoribus faltem Theologie & Philosophiae non mutandis cautum est, que due facultates proprie ad religionem pertinent, sibique hoc respectu aliquo vinculo connectuntur, data Principi majori libertate & arbitrio de constituentibus Professoribus Iuris & Medicinae, unde sacris nihil periculi aut fraudis. Denique quod additur de tempore, intelli-

gendum hoc de illo, quo Pax Westphalica est facta & subscripta, quod normam rei agendæ præbet.

(f) *sicut autem supra dicta omnia de mutationibus futuri intelligenda sunt* En iterum locum clarum & aperatum, quæ hoc anno circa jus reformandi inter Status Protestantes conventa sunt, futuri mutationibus esse præscripta. Hæc enim verba *supra dicta omnia*, non tantum ad ea pertinent, quæ hoc anno anno anno dicta sunt, verum etiam ad annum Imum adeoque totum hunc articulum septimum.

(g) *Ita juribus Principum Anhaltinorum & similium, quæ ipsis competunt, nullum adferant præjudicium* ) Rem hic acu, si unquam alias, tetigit Bücklich sua interpretatione, obser. 14. ad hunc annum dum igitur verba ejus describere haud pigate. *Sicut autem, inquit, haec dicta quoad jus reformandi de mutationibus futuri intelliguntur, sic Statibus Imperii, quoad jus reformandi, exercitium religionis in distinctionibus, Quid AS ANTE OBTINUERANT, nullum modum ponunt: Sed Protestantes ejusmodi Principes ac Status ad sua religionis rius exercitium religionis reformare possunt, cui ipsi additi sunt; modo patet cum subditis vel Statuum Protestantium inter se non obstant, talia enim pacta illibata servari debent,*

præter Religiones suprà nominatas nulla alia in sacro Imperio Romano recipiatur vel toleretur. (h)

debent. Ad annum vero 1624, inter se alligatis non sunt, nam de jure reformandi inter ipsis, non aliter, quam de mutationibus futuris hic cautum est. Nihil posset hic verius dici, nec quod memorem Pacificentium proprius assequatur, modo hoc addamus, ad mutationes futuras numerari, non modo, cum Princeps post pacem novas ditiones acquirit: verum etiam cum illo tempore *ad alterius partis sacra transit*. Nam hoc quoque casu illi reformationi est interdictum, in terris etiam quas jam diu ante pacem obtinebat: Mutationes itaque futurae non tantum ad territoria recens quæsita spectant, sed & ad Domini ipsius personam, si quando deinceps religionem mutarit. Nam si hoc ante pacem fecerit, five diu, five brevi tempore, hoc pacto jus ejus reformandi non circumscribitur, uti hoc recte Buckisch observavit, & hæc ipsa verba nostri textus luculenter ostendunt. Neque enim alia ratio, cur Principes Anhaltini eorumque jura reformandi hic excipantur, quam quod Hi, uti recte ad hunc locum etiam notavit Obrechtus, religionem jam habuere constitutam, hac autem dispositio in futurum tantum, non vero in praeteritum sarta sit. Quamvis si Princeps quidam Anhaltinus jam forte ad alterius partis religionem transiret, ipsi eadem lex, quæ alii, dicta esset. Quod

autem additur, & similium, id hunc sensum habet, ne putemus, Principibus Anhaltinis, hic peculiare quid & præcipuum circa jus reformandi tribui: Eorum enim saltem exempli loco fit mentio, & per verbum *similium*, includuntur omnes illi, qui pari cum istis conditione & statu sunt. Fallit enim oppido pudendum in modum Veratio Germanica, uti sepe alias, quæ verba, & similium, sic verit: und vergleichend Ge rechtigkeit haben; uti vel obiter textum inspicientibus apparèt, modo de verborum constructione Syntaxin suam confulere velint. Unde non dubito omnes facile animadversuros, quam amplio & libero jure reformandi non Anhaltini modo Principes, sed & Electores Brandenburgici, in illis terris adhuc gaudeant, quarum possessionem ante pacem Westphalicam nati fuere, quo præcipue Marchionatus ille quadruplex pertinet, & Provinciae ex successione Iuliacensi acquisita, quatenus scilicet illi juri per pacta cum subditis vel aliis Statibus ante haec inita, modulus non fuit positus, quæ servare bona fide oportet.

(h) *Sed præter religiones supra nominatas nulla alia in Sacro Imperio Romano recipiatur vel toleretur*) Præter tres illas religiones, Reformatam, Lutheranam & Catholicam, omnes aliae hic apud nos exulare jubentur.

Cum

Cum vero hoc de *alia religione* dicitur, id primo intelligendum est de publico exercitio, si quis forte Statuum diversam à tribus illis religionem suo in territorio introducere & stabilire velit. Privati enim, ob singulares aliquas opiniones circa ea quae credenda sunt, non protinus mansione interdicuntur: Sunt enim quibusdam in locis haud pauci Menistæ, Anabaptistæ, Sociniani & alii ex sectis hujus farinæ, quos privatum sua devotioni vacantes, inter nos versati patimur, quamdiu tranquille vivunt nec offensione fuorum sacerdotum scandalum praebent, vel cœtus agunt Reipublicæ periculosis. Neq; etiam illis auctor ego esse, ut solicitatione allorum sectatores sibi & affæclas querant, id nunquam facturi, qui curam & sollicititudinem de factionibus ei injiciant qui regioni cum imperio pœxili. De cetero merito cuique licere debet de se statnere, qua potissimum ratione privatim & sine strepitu nos Deum nobis propictum & placabilem facere possumus. Hæc enim severitas & tyrannus in conscientias aliorum, quia Pontifici utuntur, qui cogitatorum etiam poenas licere volunt, quos fortasse deprehendunt diversis, nec sua religione congruis opinionibus imbutos, certissimum est signum, timere Clerum suis rebus, ne impotula male satiæ tecta tandem deprehendantur novaturientium audacia, quam ideo igne laqueo, culeo & atrocibus aliis suppliciis reprimere necesse habent. Quodsi hec imitamus Protestantes aliquando mitioribus remedis, veluti exilio, sultigatione, censura Ecclesiastica & similibus, haud existimare nos oportet, ita recte & exordine à nobis fieri. Saltem enim gradu aliquo peccamus mitius, culpa omni non vacabimus. Qui enim soli Deo de fide sua rationem reddere debent, in eos eam ob rem nulla apud nos est iusta animadversio, modo sibi de cetero à seductione & motibus temperent, in quibus deprehensum non ex causa religionis puniuntur, sed more seditionum. Alia est apud Pontificios ratio, qui facilius quavis criminis & sceleris condonant, quam eos ferunt, qui de

novis in religione opinionibus vel suspecti faltem sunt. Illis enim quia saltem civilis societas lœditur, imperio Cleri nullum directe creaturæ periculum, ideoque non valde curant, quid Magistratus civilis de his facinorosiss statuat: quemadmodum Pilato perinde fuit, qualem se Regem Christus ferret, modo una testareetur, regnum suum non esse de hoc mundo, de quo Romani unice erant follie. Ita isti homines insuper omnia habent & negligunt, quæ suis rationibus non sunt aduersa. Quandoquidem vero totus Cleri dominatus opinionibus & ceremoniis nititur, quibus mutatis solvitur confessum illa machina, per tot ætates indicibili vafridie per speciem devotionis & cultus divini construxa, atque hacenus uteunque conservata: idcirco in illos statim implacabili odio exsuffiant & faviunt, quibus hec est audacia & fervor animi, ut vel tantillum in iis improbare & tollere gessint, quem in finem omnis illæ Inquisitionis rigor & tyrranis est introducta, utcumque speciosis titulis & obtentu Zeli pro religione atque causa Dei rei atrocitas & iniustitia pallietur & eductetur. Mirum profecto fuit, hæc initio hominibus, qui mox sunt compotes, persuaderi potuisse, ut suam in permixtum atque servitatem tam horridum & immane Tribunal erigi patenterent, manifesto & vite sua & omnium bonorum, imo etiam famæ periculo, quæ omnia improbis & pudendis Papæ mancipiis subiiciunt, ex cuius nucu & libidine sue modo & misericordia in miseros illi suam jurisdictionem exercent, ut hoc unum ad triremes & rogum satiæ sit. Papæ difflicuisse. Sed simplicitas seculi, & callide impostorum artes, qui honore & gloria Dei illis ovinis pelibus, rapaces luporum rictus, & cruentos dentes, obtegere novere, eo valuerit, ut illis ipsis nos ministros favitæ suæ & sacrificies praebamus, quibꝫ internecinum bellum indicere & nostra & religionis causa præstaret. Eo enim superstitionis apud Hispanos & Lusitanos est ventum, ut primaria etiam nobilitatis viros, & quin gerenda republika post Reges

Reges suo summo loco sunt, adeo non pudeat in famulitio. Inquisitorum esse, & damnatos ad lignem lictorum infar ducere; ut potius hoc ipsam infame & decentabile ministerium glorie sibi & honori ducant, eamque operam maximo ambitu expertant, & Inquisidores propterea mirum in modum preuent, lueulent & publico testimonio, nulla re alia efficacius mentes nostras à ratione, ab honestate, quin ipso humanitatis sensu moveri, & at obbratefecant esfici, quam malo religionis uis, five Clero nihil credamus, five nimium. Illud securitatem in sacris & divinis facit: Hoc superstitione insipida & delira fascinat animos, & ad lingendum vel sputum Cleri paratos promptosq; reddit: ut impletum non modo in fatis Apostolorum fuerit Christi vaticinium, sed nunc etiam quotidie implatur, superstitione imbutos persecutione bonorum persuasum habere, se Deo rem gratae facere: quo fascino ad omnis generis mafeficia impelli facile possunt: ut, si optio mihi detur, mallen ego profecto in civili societate solutionem paulo magis in divinis, quam superstitionem; Ille enim sibi a thuce est relictus, ut vir bonus esse posset, si velit: Hunc cocco obsequio esse oportet quem Clerus vult; vult autem plerumq; sibi & suis rationib; deditum, quæ longe à causa Dei & vera pietate sunt separatae, quicunque etiam fumus verbi speciosis & cothurnatis ossundatur oculis nostris. Vere enim ille dixit de Clero, dum unum colum vidensur intueri, unius causam agere, cum vero etiam vias deterrearecedant.

Sed queritur, cuius sit iudicium, si de alijs disceptatur, an religioni extribus illis addictus sit, vel non sic? Mota fuit illa quaestio, ante annos non ita multos, occasione quorundam Incolarum Salisburgenium, quibus religionis causa migraturis Archiepiscopus hanc libertatem denegare est conatus, hoc obtempi, quod erroneas quadam opiniones foveant, que nec Reformatorum nec Lutheranorum doctrinae satis convenient comprehendantur. Sed responsum est à Statibus Protestantibus, suum esse arbitrium, non

aliorum, statuere, quos arbitrentur, de cœtu suo esse, neque protinus excludi eos debere, qui à luce Evangelii & publica fidei professione per omnem ætatem remotores, atque sola scripturarum lectione, vel alio piis libris, in occulto formati, in quibusdam adhuc errant, quandiu parati sunt, illius Ecclesiæ dogmatibus adhaerere, atque autoritate ejus & præceptis in credendorum articulis stare, cui se aggregate & cujus membrum esse volunt. Hinc libertatem arbitrandi de sua Ecclesiæ hominibus, nec ipsi Pontifici facile sibi patentur eripi, cum nemo eorum gremio ejiciatur, qui fidem suam aut potius opiniones antea conceperas Ecclesiæ iudicio submittit, atque deponere eas ad praescriptum eorum velit, qui regendis conscientiis suis præpositi, quæ accommodatio voluntatis errantium ad voluntatem Cleri eo usque valet, ut in Sinensi Imperio illi etiam pro Christianis Catholicis habeantur, qui baptizati modo sunt, & professiorem faciunt de obedientia Ecclesiæ Romanae ejusque mandatis præstanta, eti Idololacrum interea cultum, quem Confucio suo alii Sinenses Ernici magna devotione exhibere solent, nihilominus retineant, ejusque memoriam velut semi Dei quotannis celebrent invocationibus & oblationibus superstitionis. Ita apud nos etiam quæ de immaculata Virginis conceptione inter ordines quosdam religiosos sunt controversiæ, unde in calore disputandi hæresi invicem & schismata imputant, atque impingunt, nulli parti nomen Catholicæ admittunt, quandiu stare volunt sententia Pontificis: pars ratione cum illis agitur, qui pro Ianuenio contra Jesuitas pugnant: ut alia omittam. Cum ex adverso hæreticus protinus erit & Schismaticus, qui licet fidem orthodoxam more Ecclesiæ Romanae per omnia dogmata amplectus fuerit, nolit tamen se suasque opiniones judicari à Pontifice Romano, quod Henrico VIII. Angliae Regi accidit, qui in Catholica Religionem mortuus est, eamque scriptis editis defendit, cuius hæc una culpa erat, authoritatem Pontificis abrogasse,

734798

X2432562

2



B.I.G.

Black

White

Magenta


Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



POSITIONUM

A D

RUMENTUM

PACIS

REO-SUECICUM

IMEN SEXTUM.

A. MDCCIX.